



Contenta. Nicolai Massae Veneti, artium & Medicinae Doctoris, Liber de Morbo gallico, mira ingenij dexteritate conscriptus. Ioannis Almenar Valentini Hispani, Philosophi ac Medici, Liber perutilis, de Morbo Gallico VII. capitulis quicquid desideratur complectens. Nicolai Leonicensi Vincentini, fidissimi Galeni interpretis compendiosa eiusdem morbi cura. Angeli Bolognini medici eximij, Libellus de cura ulcerum exteriorum. Et de Vnguentis, in soluta continuitate, à modernis maxime usitatis, in quibus multa ad curam Morbi Gallici pertinentia, inferta sunt.

<https://hdl.handle.net/1874/436933>

^{md} ^{uf} ^{indist} ¹⁵ ^{3mtd}
CONTENTA
NICOLAI

MASSÆ ~~ETI~~, ARTIVM
& Medicinae Doctoris, Liber de Morbo gallico, mira ingenij dexte-
ritate conscriptus.

IOANNIS ALMENAR VA-
lentini Hispani, Philosophi ac Medici,
Liber perutilis, de Morbo Galli-
co VII. capitulis quicquid
desideratur com-
plectens.

NICOLAI LEONICENI VIN-
centini, fidissimi Galeni interpretis
compendiosa eiusdem
morbi cura.

ANGELI BOLOGNINI MEDI-
ci eximij, Libellus de cura ulcerum exte-
riorum. Et de Vnguentis, in soluta cono-
tinuitate, à modernis maxime
usitatis, in quibus multa ad
curam Morbi Gallici
pertinentia, inserta
sunt. a^o 1536

Handwritten signature or initials

Handwritten initials

Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

NICOLAI

MASSÆ ARTIVM ET ME-

dicinæ doctoris, liber de Morbo gallico

nouiter æditus, in quo omnes modi

possibiles sanandi ipsum, mira

quadam & artificiosa doctri-

na continentur, vt studi-

oso Lectori pa-

tebit.

*Prohemium primi tractatus in quo & quid
nominis descriptio Morbi gallici assignatur,
& est Cap. I.*

A

Diutor meus, & protector
meus esto Domine. Scriptu-
rus de Morbo Gallico pro
bono vniuersali, in quo pro-
ximorū salus continetur, ro-
go fratres, vt benigne ver-

ba mea audiant, ex eis enim multa bona accipi-
ent quæ & ego ab alijs accepi, & diu laborās in
sanandis agris, legendisq; antiq; & modernis
authoribus experientia & ratione didici, tā de
morbi huius essentia, q̄ de curatione. Et quoniā
vt inq̄t Galenus. vij. de morbis curandis, apud

NICOL. MASSA

vulgum fama non parū impedimentū doctis
 est, nō alia de causa hoc opusculū cōposui, nisi
 charitate erga ægros, & novos medētes motus
 non cupiditate gloriæ, quæ Deo opt. max. attri-
 buatur, ideoq; iterum rogo fratres post me scri-
 bentes, si qd melius in hac ægritudine inuenē-
 rint, scribant & addant, quoniā si hoc nō fuerit
 complementum, erit tamen materia cōplendī.

Et q̄a apud Arist. posteriorū primo cognitio
 qd nois præcedit cognitionē qd rei, idcirco in
 primis talis sit nois morbi gallici declaratio.
 Morbus gallicus est ægritudo nobis noua, in
 qua sæpissime apparēt pustulæ diuersæ, & aliæ
 infectiōes cutaneæ, & dolores mēbrorū, & apo-
 stemata dura, & vlcera maligna, & in aliquibus
 sunt oīa, & in aliq̄bus nō, sed sunt pustulæ tantū
 aut infectiōes, aut dolores tantū, aut apostema-
 ta tantū, vel sunt pustulæ cū doloribus, aut do-
 lores cū apostematibus, vel cū vlceribus, quæ fi-
 unt a pustulis, aut apostematibus, vt dixit Aui-
 quarta quarti. Causam autē diuersitatis istorum
 dicā post. Nomē tamen hoc, est nomē vulgi, eo
 q̄a quando priores hoīes passi sunt hāc in Italia
 ægritudinē, Rex Gallorū Neapolim Italiæ oc-
 cupabat, & fuit Anno Dñi. 1494. Et cū consu-
 etudo iā inualuit sic noiare hāc ægritudinē, ego
 sub hoc noīe ipsam declarabo, vt nobis sic no-
 minare

*caus morbi
gallici*

caus morbi

DE MORBO GALLICO.

minare afflietis nihil ignotum sit. Sed antequam
eius completam ponam descriptionem ad eius
declarationem quæ sequentur audies.

Cap. II. in quo declaratur quod non solum per contactus
coitus, sed per alios contactus & intrinsecam
alterationem fit morbus gallicus.

Quonia Scribentes doctissimi, & etiam
medentes, in tam mala & difficili & agritu-
dine diuersa afferunt, & in essentia morbi, & in
minera, longe inter se dissentientes, ideo utilissi-
mum fore duxi, si aliquid de minera & basi istius
morbi dixerem. Et in primis visum est aliquibus
quod omnes qui tali morbo laborant per conta-
gionem coitus infecti sic ægrotarunt. Sed hoc est
contra experimentum, bene tamen conceditur,
quod ægrotudo est contagiosa, & multi per
contagionem coitus inficiuntur: Non tamen
est dicendum, quod omnes qui sunt infecti
per pudendas partes, tam maris quam foe-
mellæ, infecti sunt, & ibi sit basis & minera
istius ægrotudinis. Quum multi laborent, & labo-
rant tali ægrotudine, qui nunquam in virili mem-
bro, aut in vulua quidquam passi sunt, & nihilo-
minus omnes fere ægrotabant partes corporis,
ut in multis vidi qui erant infecti, vlcerebus do-
loribus, apostematibus, & pustulis quorum pu-
dendum nihil patiebatur.

A 3

Quod

NICOL. MASSA

oburo
 Quid si verum esset quod dicunt, quum in pudendis putrescant magis humores ut ipsi dicunt, & est veritas, ob loci dispositionem, quoniam sunt membra humida, & via de his supfluitates, ut ait Galen. quinto terapeutice, ipsa puereda magis laederetur, Neque valet dicere, quod iste humor dum est mordax, vicerat, & quando non est, occulte procedit, & sic inficit totum corpus, ob sensum non inficiens, quoniam si inficit loca alia corporis minus preparata ad putredinem, deberet etiam inficere & locum magis preparatum. Sed quod dicemus de pueris non laesentibus? Tres hoc anno curavi pueros, unum aetate trium annorum: alterum aetate sex annorum & erat puella: tertium undecim annorum. Isti non sumpserunt lac infectum, quod, ut dicunt, fit ex sanguine infecto, a matrice ad mamillas a natura transmissio &c. Neque coierunt cum non sint potentes ad coitum & multa alia exempla, quae breuitatis gratia dimitto. Dico ergo, quod ut in alijs euenit aegritudinibus contagiosis, aliquando fit ista aegritudo ab intrinseca alteratione, & saepissime ab extrinseca contagione, quae quidem contagio est per exhalationem malorum vaporum. Ab vna enim quae aegritudine materiali malus vapor exhalat, ut dixit Gale. & scribitur a Conciliatore septima parti proble. Et cum aegritudo ista sit materialis toti corpori concitata, inde est quod vapores eleuati

DE MORBO GALLICO.

uati a quacuncq; parte corporis possunt inficere alium, maxime si ille erit præparatus ad talē infectionē, quoniā, vt inquit Arist. secūdo de aīa, actus actiuorū fit in patiente bene disposito, & etiā p aerē p os inspiratū, & aliquos alios contactus, aut cibi & potus, aut vestimentorum, vt vidi multos. Et curauī inter alios amicū meū q p contactū linteaminis, in quo dormierat qdā, q habebat vlcus gallicū in crure, & dormiuit in illis p noctē vnā, captus fuit, & multi alij etc. Habet etiā morbus iste duo quæ sunt requisita in contagione, & sunt viscositas adhærēs, & fixio ppter malā qualitātē materiæ &c. Quomodo aut corpus intrinsece alteretur, medicis notum est, & ex dicēdis apparebit: quare ne in istis pl⁹ q par sit immorer, pro modo contagionis hæc sufficiant, & de morbi minera dicam.

Cap. III. In quo minera morbi ostenditur, & modus contagionis declaratur.

Melius est dicere cū illis q dicunt, quod minera morbi gallici est hepar, Cui hepar, vt dicit princeps, prima primi, cap. de generatione humorū, sit membrū generatiuū massæ humoralis, & p bonū temperamentū, boni humores generātur, & p non bonum, mali. Præterea ab ipso hepate procedunt virtutes oēs naturales pro nutritione, & p oēs corporis partes deman

NICOL. MASSA

demandantur, vt scribitur ab Auic. summa de
 virtutibus, in qua cap. ij. ponit defectus virtutis
 naturalis, dando exēplum de atrophia, & hydro
 pisi carnosa, & albaras, & morphea, qui quidē
 defectus sunt scđm triū operationū defectus
 ipsius virtutis, Quod facile potest adaptari ad
 ppositum, & maxime vltimum exēplum de al
 baras & morphea, cū sint agritudines cutaneæ
 diuersa scđm diuersitatē admixtionis, vt dixit
 princeps, septima quarti cap. de morphea, quīs
 non est idē cum morbo isto, tamē minera mor
 pheæ est hepar, hoc etiā attestante Auenzoar,
 secundo thesir, cap. de morphea, dicit ibi, causa
 huius est debilitas mutatiua hepatis, ex qua cor
 rumpitur mutatio in alijs membris, Et quīs he
 par taliter sit infectum, vt generet materiā mor
 bi gallici, nō propter hoc est necessariū in alijs
 operationibus deficere, cū operationes nō nisi
 a diuersis prodeant tēperamentis, vt dixit Gal
 sexto de accidenti & morbo, cap. iij. Sed forte
 si quis quarat quomodo p contagionē, puta po
 tus, aut vestimentorum, vel quouis aliorum mo
 dorum fiat in hepate ista mala dispositio? hoc
 facile est declarare, si quis scorpionis exemplum
 a Galeno tertio de interioribus, cap. vij. legat,
 quia particula aliqua corporis infecta potest
 aliam particulam inficere, & alia, aliam, vsq; ad
 hepar

DE MORBO GALLICO.

hepar, quod postea sic infectum per generatio-
nem nouæ materiæ fouet ægritudinem & diu-
turnam siue chronicam ipsam facit. Et notare
oportet quod causa recidiuationis in his qui fu-
erunt curati, sæpissime est, quia aliqua minima,
aut notabilis particula, quæ non fuit euacuata,
aut a virtute reëtificata de nouo serpit, & pro-
pinquas partes inficit, & illæ alias partes infi-
ciunt vsque ad suam mineram, quæ est hepar.
Et isti in deteriorem cadunt dispositionem vt
experientia docet, & ab Auicenna habetur,
prima quarti, capitulo ultimo, vbi inquit: Re-
cidiva est deterior sua radice, & secundum plu-
rimum est sæua. Sic etiam causatur ægritudo
ista ab alteratione intrinseca, cum possibilitas
sit res ampla, vt testatur idem Auicenna con-
currentibus aliquibus dispositionibus corpo-
ris, & regimine in cibo & potu, & alijs rebus
non naturalibus, ducentibus corpus ad talem
infrigidationem. Concurrentibusq; causis ter-
restribus & supercelestibus fiunt ægritudines,
vt idem attestatur quarta primi de febre pesti-
lentiali. Et cur sæpissime & magis in coitu hoc
fiat sensus declarat, cum pudenda sint porosa
mollia in quibus facile imprimitur & etiam de-
fertur talis contagio vsque ad hepar, & in alijs
quibus fit cito, & in aliquibus cū longitudine tē

NICOL. MASSA

poris secundū maiorē & minorē virtutē inficiē
 entis, & resistentiā suscipiētis talē infectionem.
 Fouet etiā aliquādo malā istam hepatis qualita
 tem mēbrum aliquod debile, aut plura membra
 nō naturaliter disposita, vtputa stomachus de
 bilis non debite præparās, aut splen nō mundi
 ficās, aut renes, vel etiā cerebrū quod mēbrum
 sæpe fouet ægritudinē. Et hinc est q̄ aliq̄ deci
 piuntur credentes, q̄ origo morbi sit membrū
 aliud ab hepate debilitatū. Sed ista dicta p̄ mi
 neræ morbi declaratione satis sint. De humore
 qui basis huius est ægritudinis audies.

Cap. IIII. In quo de humore prædominante
 siue de basi morbi, & modo gene
 rationis ipsius disputatur.

Non minores ac difficiliores de humore
 q̄ basis dicitur huius ægritudinis quam
 plurimorum doctissimorum Doctorum sunt
 opinioniones, quas ne nimis prolixus sit sermo
 iste dimitto. Et dico, q̄ basis morbi gallici est
 humor phlegmaticus non naturalis, a tali mala
 qualitate frigida cum aliquali siccitate condens
 tante ipsam materiā & hoc est clarū cū virtutes
 p̄ operationes cognoscantur, vt dicit Auic. sum
 ma de virtutib⁹, generatur enim phlegma natu
 rale a frigiditate hepatis, vt idē attestatur Auic.
 prima primi, sed nō a frigiditate simpliciter, sed
 a diuio

*bas morbi
 mēbrum*

DE MORBO GALLICO.

a diminuta caliditate, & sic phlegma dicitur sanguis diminute decoctus, & hoc ut ipse dicit est aptus aliquando converti in sanguinem & facere nutrimentum. Et transit etiam cum sanguine ad nutrienda membra phlegmatica, & iuncturas humectandas & cum hoc phlegma sit naturale non causat agri tudinem istam, ut quidam dicunt, nisi quantitate sua faceret aliquam similitudinem pinguedinis, ut contingit in senibus & mulieribus, vel putrescendo faceret febrē, vel apostema non putrescendo, quod si fiunt non sunt ita maligna, ut est morbus iste. Melius est ergo dicere stante fundamento principis, quod virtutes per operationes cognoscuntur, & effectus arguit causam, neque decipior in hoc de effectu accidentali a contraria causa. Et ideo ab intrinseca alteratione concurrētibns causis superius dictis, vel a contagione coitus, vel quovis alio modo fit aliqualis calor hepatis diminutio, quoniam non tollit generationem sanguinis, quum diversę operationes diversis indigeant temperamētis, ut dixit Gal. loco allegato, & ita multiplicat phlegma cum gradu frigiditatis, ultra naturalē cursum, & aliquali siccitate condensante, addita a tali forma qualitate occulta. Et quum phlegma demandatum per totum corpus sit aliquantisper infrigidatum, infrigidat & inficit etiam sanguinem & spiritus ab ipso hepate genitos, ita quod non sufficit

sicut p̄ totali appositione, & similatione nutritiō
 ti, vt clarissime apparet in patientib⁹ morbum
 gallicū, qui in dies macrescunt, & male nutriun
 tur, & hoc p̄pter multitudinē phlegmatis nō na
 turalis, & diuersam quādā admixtionē, que vix
 cognosci potest, & aliquale spirit⁹ in frigidatio
 nē, sanguinisq; alterationē, vt dixi. Non tamen
 p̄pter hoc qđ aliquis humor, siue sit simplex, si
 ue mixtus, sit frigidus, respectu sui ipsi⁹ natura
 liter dispositi tollitur, qn habeant partes calidas
 quū sit mixtū ex quatuor elementis, eo qđ cor
 pus, & etiā euaporando secū ducat talē frigidā
 qualitātē cū corpore aliquo vaporoso, & sic in
 ficiat alias partes vsq; ad principale mēbrū. Et
 ideo recidiuātes, aut male se habētes in regimi
 ne sex rerū non naturalium ob longitudinē ægri
 tudinis cū totius corporis debilitate nō solū infi
 ciunt hepar, sed etiā spiritus cordis, ita qđ q̄ ta
 liter cordis spiritus habent infectos, aut nūquā
 sanantur, aut cū maxima difficultate, q̄ pati vi
 dentur hec̄thicā senectutis, ob pulsus debilitatē
 cū duritie, & alijs cōdicionibus, aut marasimum
 siue cōsumptionē totius corporis, vt sensu appa
 ret in multis, quos vidi & oēs viderūt. Et aliquñ
 p̄pter additā corruptionē, hepatis virtutis et mē
 brorū in tali ægitudine isti sūt cachecici & hy
 dropici, & ratio huius patet.

DE MORBO GALLICO.

Neq; propter hoc potest dici, quod basis sit hu-
 mor melancholicus, nisi accipiendo melanco-
 liam largo modo pro humore alterato alteratio-
 ne mala diuersa, quod autem materia siue basis
 dicta sit phlegmaticus humor. Sensus qui non
 decipitur in proprio obiecto, vt dicit Arist. ij. de
 anima, declarat. Ego sæpe studiose aperui pu-
 stulas dicti morbi, & quamuis extra appare-
 bant rubicundæ, vel alterius coloris. Apertis
 tamen basis & fundus erat quædam materia al-
 ba, densa, viscosa, quæ nil aliud quam phlegma
 ex quatuor humoribus, dici potest. Hanc ean-
 dem materiam vidimus quotidie in aposte-
 matibus duris, quas vulgares gumas appellant,
 nam quando inciduntur, aut ex se rumpuntur,
 sunt plena materiæ albæ, viscosæ, & aliquando
 cum liuiditate, quandoq; vero cum rubedine
 aliqua secundum diuersam admixtionem. Vi-
 di etiam sæpissime in anathomijs corporum
 mortuorum, patientium dum viuerent mor-
 bum gallicum cum doloribus, multam quanti-
 tatem materiæ albæ viscosæ, in locis vbi erant
 dolores, quam quandoq; vidi ipsam duram &
 aliquando molliorē. Vt in anathomizato. 1524.
 qui laborabat tali morbo cum doloribus cru-
 rum, vt affirmabant eorū vicini, & hoc in locis
 dolorū quædo fuerūt incisa, inuēta est ista mate-
 ria, al-

ria alba, viscosa, que adhærebat pāniculo coope-
 riēti crus, & in multis alijs, in iuncturis, & ppe
 ipsas reperi quātitatē maximā istius materiæ al-
 bæ viscosæ, quare scđm materiā, & colorem, &
 alia consequētia, oportet dicere velimus nolim?
 istā esse materiā phlegmaticā, scđm ipsi⁹ basim.
 Dico hoc propter alteratiōes, & diuersas admi-
 xtiones in tali morbo reptas q̄ sæpe mutāt ali-
 quātilper multū colorē & substantiā materiæ,
 Contingit qñq; particula aliqua, aut quantitas
 notabilis istius materiæ putrefieri, & hoc scđm
 dispositionē patiētis & regimē, ex qua putrefa-
 ctione febricula quædā istis accidit q̄ amphime-
 rina dici potest, & maior, & minor, Vel alia erit
 febris scđm quātitatē materiæ, & aliquālē admi-
 xtionē aliorū humorū cū isto. q̄ si cū admixti-
 one cholerae, exasperatur de tertio in tertio. Et
 si cū admixtione aliorū humorū, scđm naturā
 humoris erit periodicatio & diuersitas febris, et
 sic a caliditate febrili cōtingit istā materiā alte-
 rari, & exiccari, & aliqñ a caliditate innata mē-
 bri, quæ nō potest eā ex toto resolvere, exiccat
 ipsam, & sic fit durior siue terrestrior. Et diuers-
 sæ aliæ possunt accidere mutatiōes scđm diuers-
 sas causas, quod erit ex diuersitate admixtionū
 & mēbrorum & totius corporis alterationum,
 Ex qbus apparet q̄ materia quæ basis dicitur,

BO GALLICO.

accidentaliter tamē potest dici, & calida, & frigida, & etiā melancholica, vt patet &c. His ergo declaratis, ne nimis sit tediōsus sermo iste, vnde discessi reuertar, & definitionē istius morbi describam &c.

Cap. V. in quo descriptio definitionis morbi gallici assignatur & etiam multa prolema a resoluuntur.

Morbus itaq; Gallicus, est dispositio mala hepatis ad frigiditatem & aliqualem siccitatē cum qualitate occulta per venas, & porositates toti corpori cōmunicata, & est contagiosa, cū qua fiunt sepiissime pustulę malę per totum corpus, vel in aliquibus membris. Et in quibus pluribus apparent in primis in capite, & fronte circa originē capillorū, & in virga, & vulua in illis qui per coitū inficiuntur, & hoc fit si materia mala fuerit subtilis, & virtus expulsiua fortis. Quę quidē pustulę sunt diuersę, scđm humorū diuersorum admixtionē. Nam purus humor raro datur, vt sepe dixit Auic. & Galenus primo de accidenti & morbo, cap. xij. Immo tāta est diuersitas mixtionis vt occulta fere dici potest, semp tamē de aliquo prædomināte humore in mixto est iudiciū. Quare quū in pustulis materia admixta est sanguinea, apparent rubrę, eleuatę, magnę, tumidę & humidę. Quod si cum

Quid morbi Gallici

si cum admixtione cholere fuerint, sunt rubicū
 diores, sine magno tumore, cum pruritu, & sicci
 tate. Quod si cū admixtione fuerint humoris
 melancholici, erūt pustule prauæ, liuidæ, ostræ
 colæ, sine sanie, ad modum escaræ, quæ non oc
 cultantur, Quod si materia fuerit simplex phleg
 matica, vel simplicitati propinqua, secundum
 tamen alterationem dictam genita, erunt pu
 stulæ albiore, latiore, spatiosæ, molles, sine
 pruritu. Et omnes istæ diuersificantur secundum
 diuersas admixtiones, ita qđ aliqñ sunt corrosi
 uæ, si cum humore baurachiali erit admixtio, &
 ambulatiue, si cū hūore acuto calido. Et scđm
 diuersas qualitates etiā fiunt diuersæ, aliqñ enī
 ad impetiginis & in serpiginis modū apparēt,
 & qñq; in modū scabiei, & aliarū diuersarū cu
 tanearum infectionū. Fiuntq; ante apparitionē
 pustularū sæpe dolores in capite & aliqñ in ali
 is mēbris in aduētū talis ægritudinis, q̄ dolores
 fiunt mitiores apparētibus pustulis, & qñq; nō
 cessant, sed spargūtur vel stant ibi si materia est
 grossa & pauca, qđ si est multa, pcedunt ad alia
 membra. Et sepe dolor est in fronte & quan
 doq; per totum caput, & sunt diuersi, extensiui
 pungitiui, secundum diuersas mixtiones. Fiunt
 vero aut quia materia est multa non regulata,
 vel quia virtus expulsiua est debilis, aut quia ma
 teria

teria est diuersa maligna, quare cum retinetur
sua mala qualitate & extensione soluendo con-
tinuū causat dolorem, nam dolor fit, vt inquit
Auicē. secunda primi de causis doloris, a mala
complexione diuersa & a soluta cōtinuitate, q̄
si materia subtilietur & a virtute expellatur, fi-
unt pustulę & cessant dolores, & aliquando nō
cessant si materia est plurima, Et in processu
multiplicātur dolores membrorum, puta spatu-
larum brachiorum & crurum & aliorum men-
brorum materia multiplicata, & sunt mali diuer-
si etiam secundum diuersa tempora, & diuersi-
tatem membrorum, & locorum sentientium, vt
sunt nerui, cordæ, & mēbra sensibilia. Et pulsa-
tium fiunt si in loco sunt venę aut arterię, & sunt
mali clamosi in curribus maxime propter mē-
brorū debilitatem, & receptibilitatem quū sint
prona, longinqua a fonte caloris qui est cor, &
incipiunt affligere in sero in occasu solis, & pro-
cedunt vsq; post mediam noctem, postea decli-
nant. Et raro aliter affligunt, & affligunt magis
in nocte quoniam humiditates plus multiplicā-
tur in nocte, & faciunt extensionem aut aliud,
& in aduentu diei resoluuntur. Et quandoque
perlongantur cum materia est multa aut grossa
quod si virtus expulsiua est fortis, tunc post diu-
turnos dolores fiunt tuberositates siue aposte-
mata dura mala quas vulgares gumas appellāt,
B. quo

quoniã expellitur materia quæ retinebatur, quæ
 quidem gume sæpe apparent, a principio nullo
 præcedente dolore, sed raro, & aliquando eue-
 niunt cum paruo dolore, si non sit in loco sensi-
 bili materia neq; profunda, quæ apostemata quæ
 doq; adherent panniculis, & ossibus, & corrup-
 punt ossa, corruptione mala, fiunt etiam in gut-
 ture & sæpe ulcerantur, & sunt maligna valde
 & quandoq; fiunt in membris intrinsecis & se-
 quantur accidentia mala vt asma & fluxus vē-
 tris. Apostemata præterea ista in quocunq; mē-
 bro fuerint, sunt mala inobedientia digestionī,
 resolutioni & maturationi, propter eius viscosi-
 tatē & qualitatem malam occultam, quæ hanc con-
 comitatur ægritudinē, cum virtutis mēbrorum
 debilitate, similiter sunt ulcera, q̄ ab hmiōi apo-
 stematibus fiunt, & sunt mala & inobedientia,
 fiunt etiam ab istis pustulis, & apostematibus:
 quū rumpuntur ulcera diuersorum generum in
 malignitate secundum causas dictas, in quibus
 reperiuntur materiae albæ viscosæ, adherentes
 cum tenacitate: & maxime in apostematibus, q̄
 quidē materiae in alijs ulceribus non reperiun-
 tur, quæ materia ita alba est, cū pauco sensu du-
 ra ad incidendū & frangendū, q̄ sæpe adheret
 mēbro. Et ulcera ista cū plongetur sūt profunda
 virulēta, liuida, corrosiua, sordida, cū duritie la-
 biorū & carne ostracosa, et aliquā sūt abulatiua,

DE MORBO GALLICO

& aliquā oīa fere g̃na malorū vlcerū iueniūtur,
ī q̃bus sepe sunt ossa corrupta denigrata, et ali-
qñ sunt alba sed sunt sicca sine humiditate rori-
da p̃pter nutrimenti defeētū, & aliquādo sunt
perforata multis perforationibus cum corrup-
tione maligna, propter malā materiæ qualitātē.
Et patientes talē ægritudinē, ante dictorū acci-
dentiū apparitionē, macrescunt indies: vertunt
q̃ colorē a naturali sua dispositione, ad pallorē,
& sunt pauci qui non mutantur. Et sunt sangui-
nei habentes pustulas rubeas valde, & isti fiunt
rubicundiores cum horribilitate quadā. Et ali-
quando accidit febricula ante aduentū cum ali-
quo dolore capitis vel frontis q̃ fit ab aliq̃ ma-
teria putrescente, & cū expanditur materia fiūt
grauiores & pigri, non p̃opti. Et aliquando ap-
paret aliqua dictorū infectiōnū in aliquo mē-
bro reliquis mēbris apparētibus sanis, maxime
si virtus est fortis, aut materia pauca, & hoc ali-
quando a debilitate talis mēbri, non potentis re-
gulare aut resolvere materiā illā, accidere sæpe
potest, nam virtus fortis cui nil resistit (vt dicit
Gal.) corrigit malignitatē humoris, & cum est
debilis sequuntur ægritudines. Et cū ista ægritu-
do prolongatur apparent in aliquibus fixuræ,
& squāmæ in volis manūū & plantis pedū, et
sunt albe duræ sine humiditate, & aliquando in
aliis partes corporis. Et hoc fit sæpe a natu-

ra post sanationem : a natura vel ab arte facta :
quoniam materia non fuit ex toto resoluta : que
reliquę cum sint pauę : ad tales partes expellun-
tur : dixit nāque Galenus in libello de colera ni-
gra. Semper natura sanguinem mundificare ten-
tat &c. Quandoq; vero propter materie mali-
gnitatem et humiditatem ad neruos transmissę :
& dolorem resoluentem spiritus : accidit paralī-
sis aut spasmus siue contractio membrorū : qui
aliquando fiunt vsq; ad iuncturarum dislocatio-
nem : & ossium plicaturam siue curuationem.
Fitq; sepe inueteratis asma, & est malū : & mor-
tale : & tussis mala propter siccitatem : & mate-
riam descendente ad pectus : & quandoq; fit
a principio : quāuis sit raro. Et in pluribus vn-
decunq; fit iste humor : est rebellis : & inobediēs
medicaminibus . Et sepe post curationem hec
egritudo recidiuat : & recidua quandoq; est ci-
ta, & sepe stat per annos : que in multis est dete-
rior : vt inquit Auic. loco p̄callegato & causa
huius est : quoniam materia ista ob diuturnam
epatis dispositionem fit grossior : & virtus mem-
bri redditur debilior : coadiuuāte maximo malo
regimine sex rerum non naturalīū, & etiā pro-
pter malum regimen curę sepe, & cum ad vlti-
mā deueniunt malignitatem epatis ad idropi-
cā deueniunt dispositionē, ex quibus omnibus
luce meridiana clarius apparct vnitas istius e-
gritu

gritudinis a qua diuersa prodeunt accidentia, que non perfecte curantur nisi tollatur prima epatis & totius dispositio. Aqua ista pendet, dixit Galenus tertio de accidēti & morbo, quod que sequuntur morbum sicuti umbra corpus, accidentia dicuntur, & non morbus. Et ideo qui morbum gallicum plures egritudines posuere decipiuntur, & in maximo versantur errore, multiplicantes entia siue necessitate contra philosophi regulam. Ea que ab aliqua prima prodeunt dispositione, illius dispositionis accidentia vocantur, vt testatur idem Galenus loco preallegato, & Auic. secunda primi, capitulo primo, in fine capituli, in exemplo de ptisi & febre ethiopa. Nec huic positioni obstant argumenta, ex dietis enim responsio patet. Nec etiam propter hoc negarem quod aliquando aliquod accidens vni egritudini fiat per aliquam vltimā malignitatem egritudo per se, que postea non curatur cura prime egritudinis, vt de corruptione mala ossis apparet &c. quare vt negocium istud expediam paucula ad clariorem doctrinam in epilogi modum scribam, que de causis & signis erunt, nam decies repetita placebunt. Et Galenus secundo de simplici medicina auctoritate Platonis inquit, in principio & radice plurimum oportet esse sermonis &c.

Cap. VI. De causis morbi Gallici.

Causas ex dictis collige, que secundū medicos sunt tres, videlicet, primitiue, antecedētes, & coniūctē. Primitiue quidem sunt, sicut dispositio aliqua aeris vel corporum superiorū, vt dicunt astronomi, cū coniūctio ne illa saturni, martis & veneris: in scoriōe & anno illo in quo populare cœpit ista ægritudo, aut cibi generātis malum chimum, præparantis & mouētis intrinsecam alterationē, aut cōtagio coitus, vel cibi & potus, vel aliqua mora cū hominibus infectis, vel contactus vestimētorum, vt dixit Auic. secunda primi, capitulo Vi. Antecedentes vero sunt humores intrinseci ab alteratione extrinseca, vel intrinseca mala: ad talem malignitatē. Coniūctē autem sunt humores ita dispositi: ab epate geniti: qui postea impediunt debitas actiones corporis. Et etiā sunt accidentiū causæ: vt pustularū: dolorum & aliarū &c. Materialis: efficiens: formalis: & finalis: & aliæ accidentales sapiētibus ex dictis apparēt. Dicā igitur de signis &c.

Cap. VII. In quo de signis morbi gallici.

& accidentium tractatur.

Signa

DE MORBO GALLICO

Signa quæ ex dictis eliguntur sunt in duplici differētia, quoniam quedam sunt demonstratiua: & quedam prognostica, demonstratiua sunt pustule cum quadam duritie aut eminentia & malo colore in capite toto, vel fronte circa originē capillorū: vel in alijs corporis partibus. Et maxime in angulis oris: et hoc sæpe in infantibus accidit & in adultis quādoq; q̄ sunt eminentes humide, quibus pustulis apparētibus non est ambigēdū deesse ægritudines: maxime si post resurrectionē a somno percipiūt mēbrorū grauitatē cū dolore grauatiuo: vel cōfractiuo. Anteceditq; dolor capitis q̄ incipit in occasu solis & declinat ante ortū solis: qui sepe ad spatulas & aliarū iuncturarū partes extēditur. Et patientes sūt pigri, somnulēti & mutatur color ad palorē. Et aliquā est febricula, & sepiissime apparēt vlcera virgæ q̄ sunt mala cū duricie callosa quæ tarde sanātur et pustule sūt circa pectinē q̄ sepe a principio in his q̄ per coitū inficiuntur, est signū demonstratiuū morbi gallici sine fallacia. Et sequuntur apostemata inguinum, quæ si suppurantur remouēt ægritudinē maxime a principio qm̄ inguina sunt emontoria epatis, p̄ quæ expurgātur materie q̄ in epas imprimebāt malam qualitātē quādoq; a principio apparent in gutture mollificatio vuc̄ et apostemata sclerotica niala

quæ non maturantur nisi raro, & vlcerantur vlceratione maligna, quæ apostemata in recidiva sæpe apparent, & in ægritudine antiqua, & a principio raro. Sunt etiã dolores articulorũ, capitis, & crurium, & aliquando in omnibus & sæpe in aliquibus membris & maxime in cruribus. Præterea sunt apostemata dura adhærentia panniculi & ossibus, vt sunt ossa furculæ pectoris, crurium, & frontis, quæ a vulgaribus gummis appellatur. Sequuntur præterea, vlcera maligna cū maximo dolore dum de nouo fiunt: & corrosio mala ossis. Apparent etiã fixuræ in volis manuum: & plantis pedum cum squamis siccis. Et aliquando in aliquibus partibus corporis alijs fiunt crustæ siue infectiones, in modum impetiginis & serpiginis. Fitq; durities iuncturarum cū tumore in morbo inueterato. Et qui malo vtuntur regimine sæpe in processu fiunt asmatici, & aliquando a principio, sed rarissime &c.

Signa autē prognostica sunt in primis, si aliqua præcesserit mora cum infectis aut aliter. Et in hoc prodest considerare causas primitiuas, vt fugiamus talem infectionē euitando coitus, cum mulieribus infectis, aut in quibus sit suspitio de infectione, similiter euitando contactus moram aut dormitionē cum infectis, quoniam causæ primitiuæ mouent antecedentes &c.

Præter

Præterea morbus gallicus cum paucis pustulis
sine doloribus aut cum paucis in iuvene bonæ
cōplexionis. Cito sanatur, si debita adhibeatur
cura, quod si cū multis pustulis, & doloribus,
& aliorū malorū accidentium, tarde & difficul-
ter sanantur. Et si in pustulis aut apostematibus
fiat color malus: in toto corpore vltra dispositi-
onē morbi gallici: corpus habet sanguinē totū
infectū humore melancolico & isti raro sanan-
tur, adhuc pustulosi tantum facillime sanan-
tur. Sed patientes dolores & apostemata dura:
cum difficultate maximā: & quanto cum pluri-
bus doloribus, aut gumis: erit difficilior cura:
& magis si tempus plonratū fuerit: Etiā post
dolorē in aliqua parte apostema durū expecta-
tur si virtus fortis est: Præterea vlcera maligna
& acutissimi dolores arguunt maximā materiæ
malignitatē: vel multitudinē & virtutis debili-
tatem: aut impedimentum. Pustulæ: apostemata
dolores, aut vlcera: nisi principale membrū cū
totius corporis cōmunitate curetur, per intrin-
seca siue extrinseca medicamina si quis sanaue-
rit: ad deteriorē recidiuant egritudinē: maxime
si sunt inueterata. In duricie apostemosa si fiat
pustulæ sæpe resoluitur apostema qm̄ materiā
subtiliatur & sic melius expellitur. Infecti infe-
ctione mala: in qua spiritui cordi cōmunicatur
infectio non sanatur aut cū maxima difficultate

te. Similiter habentes apostemata magna quæ
sunt vnita ossibus quoniã in istis videtur fere
tota materia nutriti corrupta & virtus debi-
litata. Præterea gulosi: bibuli & multũ coeuntes
& sine regula omnia comedentes, & male se ha-
bêtes in regimine reliquerũ rerũ non naturalium:
non sanãtur nisi raro: & sint bonæ complexio-
nis, iuuenes, & exercitẽtur exercitio forti &c.

Præterea q̄ marasmm natura patiuntur si inci-
dũt in talem dispositionẽ: rarissime euadũt & si-
militer qui asmatici ex hac ægritudine sũt. Mu-
lieres vero facilius a tali morbo occupãtur pro-
pter simboleitatem materiæ cũ sint flechmatice,
dixit Auic. secunda primi quod cõuersio in ge-
nere proportionali est facilior &c. Si multa ap-
parẽt accidẽtia vt sunt pustule, dolores: & alia
multitudinẽ materiæ significant contrariũ: con-
trariũ significat. Non tamẽ omnia signa aut ac-
cidentia, sunt necessaria, sed sufficit q̄ sint ali-
qua, vt dolores, & pustule, aut vnũ tantũ, vt pu-
stule aut vlcus in virga tantũ, vel in aliquo alio
mẽbro, vel apostema vel squame i volis &c. &
ideo quãdo plura aut omnia signa apparẽt auda-
cter egritudinis essentiam p̄nuncia. Luxuriosi
cum sint infrigidati infrigidatione p̄ spirituum
resolutionẽ sunt magis ad hanc egritudinẽ para-
ti, similiter male se habêtes in regimine sex rerũ
non

DE MORBO GALLICO

non naturalium ob diuersitatē & malā humorū
mixturem. Cura huius ægitudinis est diffici-
lis quoniam est cronica, & cum malignitate oc-
culta. Et qui euadūt sepe fiunt pingues cū ante
fuerant macri: & hoc quia sanguis redditur pu-
rior ab euacuationibus siue medicaminibus.
Multi etiam post sanationē fiūt rauci aut con-
tracti in aliquo mēbro. Et remanēt vestigia vlc-
cerum profunda turpia. Quibus omnibus finē
ponam: ne sermo ita protractus sit animi confu-
sionis & non doctrine causa, igitur tempus est
vt de cura aliquid dicamus.

*Prohemium secūdi tractatus in quo ordo futuri
processus declaratur & est pars practica. Ca. I.*

Laborauere fessiq; laborant adhuc doctis-
simi ac experti medici in vasto fluctuoso
& pelago huius morbi: de modo quo qd
canonice hanc ægitudinē curare possit. Et hoc
ob diuersam malāq; mixturem humorū in ipsa
ægitudine repertā: nam talis est qd vix compre-
hēdi possit nisi ab expertissimo in hac re medi-
co, vnde ortæ sunt diuersæ de modo curādi opi-
niones, vt nostra tēpestate omnibus notum est.
Sunt quidā blasphemantes illinitiones, & alia,
quæ in vsu sunt auxilia, vt sunt potiones et alia,
nullum tamen nouum aut antiquum afferen-
tes remedium, neque aliquem cum doloribus
gumis

gumis, aut ulceribus sanant, siue sanare possunt
quæ res egris nihil prodest, qui quotidie afflic-
tæ auxilium a medicis postulant. Sed ne cum
istis in suis fluctibus naufrager, quoniam pacto
hæc egritudo curari possit, remedijs quibus us-
que nunc utuntur medici infra scribã. Diuino
in primis postulato auxilio. Neque me ab anti-
quorum canonibus, Galeni uidelicet & Auic.
aliorumq; doctorũ elongare videbis: sed suis
semper rationibus & autoritatibus, veluti cli-
peo lumineq; quodam vtar tam in ordine quã
in medicaminibus, inqt Auic: quarta primi qd
medicationis rex ex vna trium rerũ cõpletur,
vna quarum est regimen, & nutrientia: Alia est
medicinarum exhibitio, & tertia est manualis
operatio, quare cum sanitas: quæ finis est medi-
cinæ, ut testatur Aliabas primo praticę, capitu-
lo primo, quæ in amissa sanitatis reassumptione,
& habite conseruatione consistit, in ipsis totam
egritudinis curam ponã. Et quoniã vt ait Ga-
lenus sexto de accidenti & morbo: impossibile
est comprehendere ea quæ actionibus sunt cõ-
traria nisi prius intelligamus, quæ sunt actiones
p̄tinentes sanitati, ideo consideratis in primis,
rebus naturalibus vt sunt, cõplexiones p̄ mem-
brorum principalium graduationem, vt docuit
Galenus secundo thecni, & atate, sexuni, regio-
onẽ, tempus, & consuetudinẽ: vt idem Galenus
dixit

ordo dicitur

1. Medicina
1. Hyacinthina

etiam

dixit primo ad Glauconē capitulo primo. Sic regimen sex rerum non naturalium modo quodam vniuersali dispones, quoniam particulare modum secundum diuersitatem actualis curæ habebis &c.

Cap. II. De regimine aeris naturalis & artificialis.

Dicta

Aer

Primum ex rebus non naturalibus occurrunt res cum sit aer, si quis igitur agrum aut comualescentem cura preseruatiua, aut curatiua regere intendat, aerem in primis moderare oportet, qui secundum hominis naturam & morbi qualitatem declinet per caliditatem temperatam, sine superflua vel corruptibili humiditate, quare aer autumnalis hyemis & principij veris non est conueniens, nam inquit Auerrois secundo colliget ea. ultimo conueniens est medico cognoscere naturam quatuor temporum, quoniam propter ipsam stat magis sanitas quam per alias causas. Præterea ex sententia Pauli Aeginetæ in libello de regimine sanitatis. Regiones, Domus, quæ sunt frigida & pluuiosa in quibus sunt fontes mali, stagna, lacus, flumina inundantia & paludes, maxime illæ in quibus nubes obumbrant radios solares, ut contingit Venetijs sæpe, Ferariæ & alijs locis tempore autumnij & hyemis fugienda sunt, nam ex malis vaporibus humidis putridis inficitur aer & ab ipso aere, qui semper nos circumdat, causantur egritu

NICOL. MASSA

egritudines diuerse, teste Hyppo. in libello de
aere & aqua, inquit ipse, ex varia non solū tēpo
rū inter se, sed ex alteratione diuersa fiunt egri
tudines, & sanitas, contrario tamen modo, &
hoc affirmat ipsa tertia particula afforismorum.
Et ideo Leonicensus doctissimus, non sine rati
ōne dixit egritudinē istā ab inūdatione aquarū
& pluuiæ contractā fuisse, veluti a caussa primi
tiua &c. Si ergo aer a tempore anni vel aliquo
accidenti alteretur, & fiat disproportionalis, ar
tificiose rectificetur, vt exsiccando ipsum cum
igne in cubili vel stufis, aut humectando cū de
coctionibus & suffumigijs bene redolentibus,
vt sunt rosæ, camomilla, saluia, & de alijs secun
dū indigentia loci & tēporis & hominū, & est
doctrina Galeni nono de ingenio sanitatis si
ue de morbis curandis, Capitulo. xiiij.

Nota tñ qđ frigiditas simpliciter nocet cau
ssa, ægretudini, & accidentibus. Contrariatur
etiā nimia caliditas qm̄ resoluendo calorē inna
tū infrigidat, & debilitat virtutes q̄ sunt princi
pia oīm operationū, q̄re q̄ timent istā malā dis
positionē fugiant loca putrida & clausa plena
malis vaporib⁹, & maxime vbi sunt patientes
talē ægretudinē, & tactū ipsarum pustularū siue
vulcerū, & locionē in aq̄s vbi isti lauantur, vel
absterionē cū eodē sudario, deosculationes &
reliquos

DE MORBO GALLICO

reliquos contactus etc. Et tegantur aegri vel conualescentes per aerem temperatum cum vestimentis & coopertorijs, super lectulum cum dormiunt, & custodiantur, a ventis malis ut sunt Australes & frigidi frigiditate congelatiua, quoniam ex nimio frigore non solum ingrossatur materia verum etiam congelantur spiritus. Et cum dico conualescentem, intelligo non solum illum qui passus est istam aegritudinem, sed & illum qui timet incidere in ipsam, tu vero ex dictis collige & intellige alia quae consequuntur quoniam de aere hic satis dictum est.

Cap. III. De Regimine per cibum & potum

Cibus & potus

Non minori diligentia utimur in cibando recte quam in regimine aeris dictum sit, cum cibus & potus secundum qualitatem & quantitatem sit de causis maximis sanitatis, & aegritudinis inquit Hali rodoham. iij. techn. cibus & potus mutantur multis speciebus mutationis etc. quae sint cibi declinantes per caliditatem siue superflua siue corruptibuli aut indigestibili humiditate, boni nutrimenti et facili digestionis, et paucarum superfluitatum dixit namque damascenus, dicta est primum instrumentorum cura, cum quo si curare potest prospera eveniet. Igitur in primis sicut docet Avicenna. cap. de eo quod comeditur & bibitur, sit panis ex bono tritico, ab extraneis rebus purgatus, bene fermentatus, non multum salitus, et mediocriter coctus

coctus, q̄ saltim p̄ diem coctus quiseuerit, nisi sit
aliqua particularis intētio, vt in loco vbi de cu
ra per assumptionē decoctionis ligni indici di
cam. Carnes etiam eo calle incedant, sint recen
tes & iuuenes non multū humidæ, maxime hu
miditate indigestibili: vt sunt porci, & agni, ne
que multum sicce, siccitate terrestri, vt sunt bo
ues antiqui & cerui &c.

Sint ergo carnes, vitellinæ, hædinæ, vel cas
trati, duorum annorū pascentis pascua sicca, vt
sunt montes, & loca non paludosa, leporine: iu
uenes: capriolinæ: similiter iuuenes, gallinarum
caponum, aut pullorū paruorū, secundum tem
pus, aut sint perdicum, turturū, facianarum, tur
dorū, & auium nemoraliū, quæ capiuntur visco
vel aliquo alio ingenio, quæ carnes sint condi
tæ secundum indigentiam, asse videlicet vel liss^{is}
se, vel alio quouis modo, cū saporibus tempera
tis, vt sunt pruna cum agresta, & parum cinamo
mi. Nota tamen quod melius digeruntur ciba
ria lissa quam asse, & maxime carnes &c.

Reliqua vero genera carniū, sunt dimittē
da, vt carnes porcina, quæ sunt male semp, bo
uinæ, caprorum, hircorū & aliorum animalium
terrestriū quoniam nocent tam recentes q̄ salu
te, omnia genera preterea auium degentium in
aqua sunt mala, vt sunt anceres, anates, & alia:
palumbes vt experientia cōpertum est in habē
tibus

DE MORBO GALLICO

tibus dolores multū nocent, auget palumbarū
 comestio dolores sub ebulitiōe dum digerūtur
 & materiam subtiliando: quę postea facilius pe-
 netrat loca illa aliamq; secum ducit materiam,
 prætereapisces omnes non sunt boni, quia sunt
 frigidi cum humiditate indigestibili: & etiam
 saliti sunt mali quoniā salita omnia nocent epa-
 ti. qđ si aliquando comedantur pisces: sint Squa-
 mosi degētes in aquis claris: vt sunt Luci, truce
 aquarum dulcium: ex aquis marinis: sint Aura-
 te, Dentales, Sarpene, & alij huiusmodi pisces
 Et melior modus coctionis est assatio. Lactici-
 nia nō sunt laudata: vt caseus ppter suā viscosi-
 tatem: sunt enī dure digestionis. Oua vero quo-
 cunq; modo præter indurata sunt bona, vt oua
 sorbilis: & in brodio contusa, quod a vulgari-
 bus dicitur brodetū & sit cum parū agrestæ vel
 etiam sint cocta in aqua integra & desuper pos-
 natur parū agrestæ & zuccari. Nota tamen qđ
 carnis quantitas minus nocet si repleatur quā
 aliorum cibariorum, dicit Auic. capitulo de eo
 quod cōeditur & bibitur, carnis nocumentū
 est minus nocumento panis quū non digeritur
 &c. Fercula quę conueniunt sunt vt far deco-
 ctum in brodio carnis, vel conditū cum amig-
 dalis tritis nisi adsit dolor capitis (quoniā amig-
 dala euaporāt ad caput) & panatella aut panis

infusus in brodio, & mellissa, & spinachia iuue
 nis & borago, buglosa, endiuia, lupulus, & ci
 corea, oīa vero fere alia olera & legumina, sunt
 mala, vt sunt caules cuiuscunq; generis, siue vi
 rides, siue rubjæ, siue albæ sint, quoniã generant
 malum sanguinẽ & corrumpunt massam humo
 ralem, & excitāt dolores, vt experiētia patet &
 ratiōe, dicāt antiqui qcqd de eius vsu velint, &
 legumina sunt mala qm̄ inflāt & generant san
 guinẽ melancolicũ viscosum nō bonũ, dantur
 aliqñ capares nō saliti, & si sint saliti extrahatur
 falsedo per infusionẽ aquæ dulcis & melius per
 ebullitiōẽ, sintq; conditi cū agresta & zuccaro
 quoniã acetũ nocet neruis magnifice & causse
 ægritudinis. Sapores conueniētes sint facti ex
 amigdalīs, mēta, cinamomo, agresta, & alijs æq
 ualentibus, nã cinamomũ secundũ oēm modũ
 administratiōis confert stomacho vigorando
 digestiua virtutẽ, prodest frigiditati & opilatio
 nibus epātis. Sed alij sapores vt facti ex sinapi
 vel aleis & c. non sunt boni, quoniã faciunt ebu
 litiōẽ humorũ & c. confectiōes & condita q̄
 sunt bona, erunt vt amigdalæ, pineæ, coriandri,
 anisi, mirabolani Kebuli, & de alijs secundũ di
 uersas intentiones. Fructus oēs sunt mali quo
 niã generant sanguinẽ aquosum aptũ corruptiō
 ni, sed meliores sunt amigdalæ auelanæ aliqñ
 & res

ad stomachum.

ED MORBO GALLICO

& recentes, fistici, vua matura, pruna damascoe
 na, cerasa acetosa, mala granata dulcia & mitia,
 passula, & alij iuxta tempus & indigentia. *Com*
 medendi autē tempus fructuū est ante cibum,
 qm̄ facile digeruntur &c. Sed alij fructus sunt
 dimittendi, & maxime poma, quoniā vt testa-
 tur Auerrois auctoritate Auenzoar, possunt
 generare ethica & ptisim. Et Auic. secundo ca-
 nonis dicit quod generant malos humores, &
 febres malas, & assiduatio eorū comestionis fa-
 cit incidere in dolores neruorū, q̄re sunt dimit-
 tenda. Vsus vero aliorū fructuū secundū iudi-
 ciū necessitatis eligantur &c. Hinc de positioni
 potus conueniens est vinū mediocre non vino
 sum, neq; aquosum multū, mediij coloris, q̄ vul-
 gares aurelū appellant, sit etiā vt docet Auic.
 i. can. cap. de regimine aquæ & vini, mediū in-
 ter antiquū & nouū, clarū non albū, boni odo-
 ris & saporis, non multū dulce neq; pōticū, &
 hoc qm̄ dulce generat oppilationē, nouū pdu-
 cit abebulitionē humorum, & dixinteriā, vetus
 vero est pauci nutrimenti, qd̄ si non posset habe-
 ri, vt contigit, in regionibus in quib⁹ oīa vina
 sunt magna, infetur cum aqua dulci non pa-
 ludosa, sed sit a flumine claro, aut ex bono pu-
 teo, & si sit suspitio de aliqua mala conditione
 aquæ, coquatur ad ignem, qui ignis consum-

met eam. Vel fiat sibi vinum tempore vinde-
 miarū cum medietate aquæ. Neq; audiendi sunt
 emperici & sine ratione loquentes & dantes vi-
 na vinosa, quantitate maxima, quoniã sunt ceci,
 & ideo parcendum, & ipsis quia nesciunt quid
 faciunt, Et ne credas verba mea sine ratione &
 auctoritate prolata. Audi Galenum libello de
 fibolomia, summa secunda, capitulo II. Inqt
 in temporatos uini potatores & gulosos, nullo
 iuuabis magisterio, farmacans vel flobotomās
 aceruant enim cito multitudinē humorum intē-
 perate die stati &c. Hora vero comedendi est
 electiua pro aliqua caussa aut p regimine vni-
 uersali. De prima hora: dico detur cibus secun-
 dum indigentiam, anticipādo vel postponēdo
 quod si nō est impediens, dixit Auic. capitulo
 de eo quod cōmeditur & bibitur, qđ tunc est
 hora cōmedendi quū appetitus insurgit, Sed si
 esset mala aliqua dispositio stomachi, ita quod
 aut nihil, aut multum appeteret, eligatur hora
 tertiārum, quoniam tunc est iudiciū, quod sto-
 machus sit a superfluitatibus hesterni cibi emū-
 datus & satis ad nouum recipiendum disposi-
 tus, q̄ in nocte virtus vnitur & melius digerit,
 et cū in mane nondū sit sparsa, fit melior dige-
 stio, q̄ si tardetur, tñ in hoc etiã attendendū est
 cōsuetudini docēte Hyppo. & Auic. primo ca-
 nonis

DE MORBO GALLICO

nonis quod affirmat Auer. primo phisicorū, q̄a
 cōsuetudo est altera natura, ordinate præterea
 cōmedendū est, vt quæ sunt facilis digestionis
 præcedant & quæ dure vltimo comedantur,
 & potus non fit ante cibum, neq; post, sed cō-
 medendo bibat vt cibus reddatur aptior ad di-
 gerendū, dixit Auic. potus post cibū facit opi-
 lationē quoniam facit cibum indigestū penetra-
 re. Et post cōmestionē cōmedatur aliquod si-
 gillans & confortans stomachū, vt sunt corian-
 dri & similia, & omnia cōmesta bene masticē-
 tur, suauiterq; & paulatine potus sugatur, sint
 etiā cibaria vniformia quātū potest, quoniā vt
 dixit prin. loco præallegato, nihil tā cōtrariū di-
 gestioni, vt sunt cibaria simul sumpta, quæ sint
 diuersarū virtutū pugnant inter se, quoniā vt ip-
 se attestatur a duabus impediūtur partib⁹, vna
 est diuersitas in digerendo, quia qđ ex eis est in-
 digestum admiscetur ei qđ digestū. Altera enī
 sic diuersa cōmedendo plus cōmeditur q̄ par sit
 Quare cibaria vnius virtutis laudat Auicēna,
 & hoc tā in mane quā in sero. Præterea cæna sit
 breuior prandio, & spacium inter prandium &
 cæna est saltē octo vel decem horarū. Et cæna
 sit simplicior. Sed cōmestio cū patientibus ta-
 lem morbum est fugienda, & potus in eodē ci-
 atho, & maxime reliquæ quæ super abundant
 infirmis & cætera.

220 fer
 1. m. / a.
 2

*spl' r
inanito*

Summopere repletio & inanitio fugiende sunt, tam cibi quam potus docente Hipp. secunda parti. apho. Et Auic. secunda primi, ca. de his quæ proueniunt ex his quæ comeduntur & bibuntur. Nutriens mutat corpus & qualitate et quãtitate, sed ex quãtitate proueniunt oppilationes & putrefactiones & fastidium, & si diminuatur, prouenit ex eo ad thypsim. Ratio horum clarissima est, cum ex nimia repletionem occupetur virtus quæ est instrumentum naturæ sine quo vana essent alia instrumenta medicinalia. Et ex nimia etiam abstinentia fit consumptio radicalis humiditatis, & per cõsequens calor innati, & ducit ad marasimum siue ad pthysim, tamen cum ægritudo sit materialis & de repletionem debemus potius minus cibare quã superflue nisi esset aliquod ita postulãs. Quomodo autem diecta subtilissima in assumptione aquæ ligni sit conueniẽs sine isto timore in regula assumptionis ligni intelligas. Sint ergo diligẽtes infirmi & conualescẽtes in qualitatibus & quãtitatibus, & horis cibariorum & potus tam vini quam aquæ, dico aquæ quoniam si aqua sola sumatur, huic dispositioni multũ nocet, & hoc secũdũ omnẽ modũ administrationis, maxime in balo

DE MORBO GALLICO

in balneis, & potus nimius, nocet stomacho, & nervis, in frigidat epar, sanguinē, & spiritū, quare nimius aquæ soli⁹ vsus est dimittendus. Et vt breuiter me ab istis expediā a nimia quouis modo repletionē & inordinata cibatione, qui timēt hanc dispositionē caueant, quoniam ex causis perlongatibus ipsam sunt cibaria nimia & malus ordo: dixit Galenus secūdo de accidētī & morbo: causa frigidi morbi est plānitudo cibi & potus. Studere oportet etiā in lenitione quotidiana uentris, & si non est naturaliter, fiat artificiose cum suppositorijs, vel clisteri communi aut cū pillulis masticinis, de fumo terræ, vel aliquo alio ingenio medicinali &c. Et ego cognosco multos viros & mulieres q̄ in hanc ceciderunt dispositionem qui a malis accidētibus dictæ ægritudinis ex bono regimine cibariorū & p̄assuptionem quarūdam pilularū aut aliarum rerū leniētium & euacuātium ventrem secundum naturā morbi & cōplexionē & sexū, p̄seruati sunt vsq̄ in hodiernū diē verbi gratia, cum pillulis de fumo terræ, vel fetidis: aut masticinis, aut nostris infra scribendis vel ex infusione senæ & de alijs secundum necessitatem & cætera.

Somnus
Vigilia

Somnus cum sit pro restauratione defatigationis necessarius ex sententia Aristote. de somno & vigilia, vt melius post somnum vigilemus, ideo cum regulare oportet. Et cum Galenus tertio techni, & Hali in cōmento somnū & vigiliam contraria priuatiua esse dixerint, et idem de vigilia facere docuerunt, nam vt ab ipso Galeno tertio interiorū colligitur superfluous somnus humiditatem generat, & nimia vigilia exsiccat corpus. Sit igitur somnus temperatus, non minus octo horarum: nam virtutes p somnum acquirunt fortitudinem, vt dixit Auicenna. tertia primi neq; nimis prolixus, quoniā ex nimio somno fiūt humiditates malæ catarales humectatur & in frigidatur corpus, quæ res valde contrariatur huic egritudini, neq; sit somnus immediate post cibum, sed sit per duas horas post diurnus etiam somnus & maxime meridianus nocet magnifice, quoniā generat reumatismos, & ægritudines frigidas, vt dixit Auicenna loco præ allegato. Tamen si doloribus, nocturna qes impediatur, siue somnus, vt fere in omnibus istis contigit, dormiat in die, verbi gratia, in mane vsq; ad horam sextam, vel in alia hora secundū necessitatem, & in alijs obseruetur regula medicorum

DE MORBO GALLICO

corum. Notabis tamen quod laudauit Auicenna. Summopere in ceptionē somni super ventrē & in ista ægritudine multū confert, qm̄ digestio sine cibi in stomacho præparatio fit melior.

Fugienda est etiā dormitio cum laborantibus tali morbo, aut in lecto vbi ipsi dormierūt quoniam multi sic infecti sunt. Et quis somnus qui quodāmodo quies est, conferat patientibus, nō tamē quies simpliciter prodesse videtur, sed magis videmus laborē & exercitationes conferre, quare patientes talem ægritudinē vel timentes nullo pacto sint ociosi, sed ambulent vel ludo parvæ pilæ exercitētur, si sunt diuites & iuvenes: nam laudatur a Galeno mirum in modum, quoniā in ipso totius corporis partes mouētur & sic fit resolutio & rectificatio partium crudarum malarum. Et multi solo exercitio qui fuerunt robusti liberati sunt perfecte ab ista ægritudine cum bono tamen regimine in alijs rebus non naturalibus, & ideo tales sunt exercitandi aut domesticæ ambulādo, sine laborādo vel ludo aliquo ludēdo quo corp⁹ exercitetur, vt excitata virtute ab istis, expellatur aut morbi materia rectificetur. Neq; balneis aut fricationib⁹ loco exercij in ista ægritudine cū malis accidētibus vtendum est, quoniam si ^{fit} prouocatio materiae ad membra exteriora & sic redditur ægritudo

tudo difficilioris curæ: cum sit materia ista inobediens, ad mēbra longinqua sparsa.

Cap. VI. De animi passione & coitu.

Xenia **P**Assiones animi postremo loco regulare docens secundum Galeni doctrinā loco supra allegato causam assignās ipsius: nā ex malis sepe numero animi accidētibus fiunt cōgritudines cronicæ, malę, ob mortificationem siue in frigidationē spirituum vel suffocationē caloris innati q̄ est nature instrumētum. Et idē tertio techni dixit oportet ab animi passionibus abstinere: quoniam mutāt corpora ab ea q̄ est secundū naturā cōsistētiā: & sunt vt ipse enumerat, irę, tristitię, furor, inuidia, & timor, & Auic. capitulo de eo quod comeditur et bibitur qñ sunt animi accidētia horribilia impediunt digestionē &c. Lętentur igitur & sint iocundi: fugiāt plorātes & loca tristitia: sint in iocis cātile nis, & fabulis que sint delectabiles & iocunde Audiant sonos & voces suaues. Et stent in viridarijs: & cum amicis charis: & si sunt studiosi legant historias iocundas neq; multum studeāt maxime materiā difficilem. Medicus vero ægris certā salutem infirmo promittat: astātibus vero veritatem dicat. Prodest multum videri a medico graui famoso docto cum veritate, de quo infirmi confidant, non vt sunt deceptores
 sine

DE MORBO GALLICO

sine arte, dicatq; medicus quot sunt sanitati res-
 tituti deterius qui se habebant. Quantum ve-
 ro confidentia de medico in mala ægritudine
 cōferat testis est Conciliator differētia. c. xxxv.
 Auctoritate fere omnium antiquorum. Nō præ-
 mittenda consideratiōe in coitu, in tali dispo-
 sitione esse putavi cum patiētibus talem ægri-
 tudinem de facto nullo pacto conueniat, cum
 ex nimia materię repletionē p̄ totum corpus, et
 ex defectu virtutis epatis, non nisi a coitu noua
 quædam debilitas membrorum & infrigidatio
 expectetur, & ideo est dimittendus, et quanuis
 Galenus dixerit quod coitus temperatus con-
 fert, dicendum tamen est non quibus deficiunt
 conditiones sanitatis, fugiāt etiam ipsum con-
 ualescentes, et qui timent talem ægritudinem,
 & maxime coitum cum mulieribus menstrua-
 tis de nouo et infectis ista ægritudine, quod
 si forte quis cum muliere infecta coiuerit laue-
 tur partes ille post coitum cum vino albo cali-
 do vel cum aceto, quod magis mihi placet, vt
 fiat confortatio mēbri et prohibitio corruptio-
 nis ad illam malam qualitatem, et sic stet ī suo
 robore mēbrum confortatum. Si vero qs cum
 infecta muliere coire voluerit q̄fatuū est, lauetur
 vulua cū vino aut aceto et mēbrū virile cū ace-
 to, quoniam nō sit imprimere malā illā qualita-
 tē, et nō moretur in coitu, et post lauetur mēbrū
virile

virile ut supra & econtra, si mulier cum viro in
 fecto coiuerit, lauet uiri mēbrum, & vuluā, ante
 & post coitum, & nō morētur in coitu. Et quo
 modocūque fit coitus, nō sit sup repletionē, ne
 q̄ corpore resoluta a quacuncq̄ causa, nā exte
 nuatis semper est malus, & causa recidiuationis
 ut experiētia patet. Et preparat si est supfluus
 ad nouā receptionem talis dispositionis, quare
 nimius dimittēdus est in quocūq̄, tanquā qd no
 ciuū & mortiferum, q̄a corpus infrigidat & res
 soluit virtutes cordis, epatis, & cerebri quare de
 regimine in rebus non naturalibus satis dictum
 sit &c.

*Cap. VII. De modo euacuandi secundum
 diuersitatem egritudinis, qui modus est
 una sanandi regula.*

SECUNDA & tertia res, cū quibus actus medi
 cationis cōpletur est medicinarū exhibitio,
 & manualis operatio. vt supra dictum est, hac
 in parte igitur de farmatijs que faciunt ad curā
 istius morbi tractabo, sed quoniam multi sunt
 modi qbus medici hanc egritudinem curant, ut
 quotidie in modis curationum apparet, nā qdā
 hanc egritudinem solis euacuationibus sanant
 maxie si egritudo est noua, & uirtus egri fortis
 Nō sanāt qdem si antiqua est, aut noua cū mul
 ta materia, & debilitate uirtutis quoniā cū ma
 teria

DE MORBO GALLICO

teria sit admixta per totū corpus in tota massa humorali, non potest ea euacuatio p̄ farmatiam eradicare. Neq̄ cū sit viscosa, virtus digestiuorū ut sunt syrups potest eā digerere, & ideo indiget fortioribus medicaminibus. De quibus dicam infra. Nunc uero de illis que faciunt q̄ materia pustulosa aut dolorosa pauca est, cum admixtione humorum subtiliū, qui sunt faciles ad euacuandum. Neq̄ propter hoc dico quod iste euacuationes non sint etiam necessarie ante usum aliarum medicinarum fortium, quoniam quacuncq̄ utimur curatione semper necesse est corpus in primis purgationibus cōuenientibus huic morbo purgare. Et etiam aliquando flobotomia. Sermo itaq̄ iste erit de curatione que fit per euacuationem farmatiæ, flobotomiæ, & uentosarū. Neq̄ alicui sit graue si syruporū, decoctionum, electuariorum, & aliarū medicinarū virtutes, & descriptiones particulares, ab alijs etiam doctoribus scriptas hic ponā, quoniam mea est intentio novos edocere medentes qui carent cognitiōe uirtutum medicaminum. His uero qui sciunt & cognoscunt nil nocere putauī. Rem ipsam igitur aggrediar. Sed quia expedit digesta medicari & mouere non cruda ut dixit Hipp. prima particula aphoris. & digestio in calida est ingrossare & in frigida est subtiliare,

NICOL. MASSA

R^o
 tiliare, digeratur ergo siue præparetur materia
 in primis istius morbi, si est pustulosa, vel cum
 multa admixtione humorum subtilium, vt ha-
 beri potest ex signis dictis, cum syrupo de fu-
 mo terræ, vel de endiuia, siue de lupulis, ad-
 dito syrupo rosato zuccorano vel mellino,
 aut de sicados, si materia fuerit grossa & do-
 lor capitis humerum & iuncturarum, quod
 sæpe fit a principio, & linferur syrups cum
 aquis appropriatis, vt est aqua de fumo terræ,
 de endiuia, de boragine, de buglossa, de so-
 lato, de andacocha quæ est trifolium, si ad-
 sunt dolores, vel cum aqua yuæ, si non est idem
 cum andacocha, vel cum decoctione epithimi
 Mesue, aut cū decoctione nostra magistrali, in-
 fra scribenda, vel cum decoctione senæ in aqua
 lactis, modus quarum infra ponetur. Et in hu-
 iusmodi digestiuis addatur plus de vno syrupo
 & minus vel equaliter secundum necessitatem
 quæ cognoscitur, per fortitudinem acciden-
 tium, hoc idem dico de admixtione aquarum
 cum syrups, vt faciunt practici, & vt melius
 verba mea apprehendantur, ordinetur syrups
 verbi gratia sic. Recipe syrups de fumo terræ.
 ℥. i. de endiuia . ℥. 5. aquarum, lupulorum,
 boraginis, solatri, añ. ℥. i. misce et sumatur in
 aurora, actu calidus, et sit spatium quinque ho-
 rarum



R^o gunt bo

DE MORBO GALLICO

rarum vsque ad prandium, quod si fuerit dolor capitis, aut aliorum membrorum fiat digestiuū cum syrupo rosato, de sticados, aut epithimo si apparent pustulæ cum liuore, & sic etiam adde aquas, vt aquam yuæ trifolij, fumi terræ, & decoctiones secundum indigentiam, verbi gratia si sunt dolores neruorum. ℞. syrups de fumo terræ, de sticados, rosati. añ. ʒ. ʒ. aquarum buglossæ lupulorum, yuæ, añ. ʒ. i. misce, vel potes loco aquarum ponere decoctionem epithimi. ʒ. iij. vel decoctionem nostram, & sic secundum accidentia huius aut alterius morbi regulare, & hoc non solum cum medicamentis hic a me positis, sed cum alijs etiam in libris medicorum scriptis, Sed vt processus tuus, in curatione sit rationalis, scribam syrupos, aquas, & decoctiones, cum suis virtutibus & proprietatib⁹, et primo. Syrupus de fumo terræ maior describitur a Diuo Mesue, in suo antidotario, distincione. vj. et eius virtus est vt ipse refert, confortare stomachum, et epar, et curare morbos cutaneos, vt sunt scabies, lepra, impetigo, et aliæ quæ pendent a materia salsa. Aperit etiam opilationes membrorum nutritiuorum, et summopere confert pustulis et vlcerebus morbi gallici, si ponatur in medicinis, et digestiuis & cætera.

*Ad dolores
in h. & n.*

*Diagn
Epar
Scabies
Lepra
Impetigo*

Syrus

NICOL MASSA

Syrupi autē de endiuiā descriptiones sunt mul-
ta, sed mea quidē lententia confert in hoc calu
syru, de succo endiuiā & est magistralis, descri-
ptio vero est ista. ℞. succi endiuiā depurati li-
bras. viii. zuc. fini lib. v. 5. fiat ex eis syrupus se-
cundū artem, virtutes cuius sunt istā, cōfert sto-
macho calido, confortat epar, & febrilē calidi-
tatem extingit, & ideo quando cum ista ægritu-
dine est febris complicata, esto memor de syru.
de endiuiā, hoc idē dico de aqua endiuiā, vt col-
ligitur ab Auic. secūdo canonis, capitulo de en-
diuiā. Descriptio syru. de lupulis credo quod sit
magistralis nunq̄ memini me legisse apud vete-
res ipsam, sed descriptio posita ab autore lumi-
naris maioris est ista. ℞. succi lupulorū libras. ii
succi fumiterā libram vnā zuc. libras. iiii. purifi-
centur succi & cum zuc. fiat syru. Et virtus, est
mundare sanguinem & colerā, & sic extinguit
caliditatem epatis, & remouet iſtericiā & cuta-
neas ægritudines, confert asmā, & aperit op-
pilationes splenis, vt colligitur ab Auic. secūdo
canonis, & a Mesue capitulo de volubili, quare
multum confert huic dispositioni. Syru. rosatus
mellinus & dicitur a Nicolao mel rosatum, siue
rodomel, vel syrupus rosatus & dicitur ielenia-
bin, & est etiam syru. ex infusione rosarū & de-
scribitur a Diuo Mesuā loco dicto, sunt fere
eiusdē

Handwritten notes in the left margin:
11
In Infumo
apud et
colis
11
Jencitia
11
pulis pphib

DE MORBO GALLICO

eiusdē virtutis, nam mel rosatū confert stomacho debili, digerit materiam phlegmaticā grossam tam in stomacho quam in epate, & rectificat membra nutrientia, auget calorem digestiuum & confortat cerebrum, cōsimiles sunt virtutes syru. rosati, de zuccaro, nisi quod sunt debiliores, quare cōfert materia non ita grossa existente, Syrupus de sticados descriptionis loco, vt supra, confert egritudinibus frigidis neruorum, confortat stomachum, & caput, digerit materiam phlegmaticam & melancolicam, & valet ad omnes egritudines neruorū frigidas, Syrupus etiam de epithimo descriptio etiam ponitur a Mesue sexta distinctione antidotarij, & confert scabiei, & saphati, vlceribus malis melancolicis, in quibus sunt humores mali adusti, & digerit materiā grossam, in qua diuersa est mixtio melancolica & maligna, & ideo cōfert multum huic dispositioni &c. Virtutes autem aquarum endiuix fumi terrę & lupulorum ex virtutibus in suis syrupis dictis habere potes, sed virtus buglosę & boraginis, est confortare cor & rectificare spiritus, qui est instrumentum naturę cum quo expellitur nocitiuū &c. Solatrū confert huic egritudini prohibendo ebullitionē humorum, & ideo ubi materia mouetur, facta ebullitione, ad membra siue sint iuncturę siue

D partes

Stomachus debilis
1029 flor

Del mesue

del frabie
et saphati

Cōformis

partes cutaneæ. Si solatri aquam cum alijs con-
 ferentibus huic ægritudini dabis, erit notabile
 præsidium handacoca siue trifoliū sua proprie-
 tate confert doloribus nervorum confortando
 virtutem naturalē mēbri, & ideo dixit Mesuæ
 summa secunda sui grabadin, auctoritatē Dios-
 coridis, quod secundum omnem modum admi-
 nistrationis cōfert cgritudinibus nervorum &
 appellat ipsum ziniam, vt quidā expositor sen-
 tit, sed de hoc non facio vim cum illis quidicū-
 quod est yua, nā yua cōfert doloribus nervo-
 rum a materia frigida & aperit opilationis epa-
 tis a materia cruda & ipsam digerit, vt dicit A-
 uic. secundo canonis, capit. de camepitheos, &
 ideo si cum dictis aquis linsentur syrups erunt
 digestiua conuenientia. Nota tamen quod sunt
 multi alij syrups, & aquæ cōueniētes huic ægri-
 tudini, tam primarie quam correctiue, sed isti di-
 cti sunt vsuales, Tu vero secundum indigentia
 vtere istis & alijs, adde in quamcūq; qualitatē
 quoniam particulares proprietates indiuiduo-
 rum particulari indigent iudicio. Possumus eti-
 am in digerendo materiam istam dare decocti-
 ones doctorū & magistrales, inter quas summo-
 pere laudo decoctionem epithimi Mesuæ, in
 suo antidotario distinctione septima et ponere
 vncias tres dictæ decoctionis cum ꝑ. i. ꝑ. syrups
 porum

DE MORBO GALLICO

porum aut uncias duas, secundum necessitatem
 ut dixi supra, quoniam mirabiliter confortat, epar
 confortando sanguinem mundificando, & ip
 sum rectificando. Et sic erit digestivum nobili
 us præ alijs in tali ægritudine, & maxime quan
 do est cum multis pustulis in quibus prædomi
 nium humoris melancholici apparet, sed aliquã
 do possumus dictam decoctionem tribuere in
 maiori quantitate, ut puta uncias vj. vel plus &
 erit solutivum satis domesticum euacuans ab epa
 te & venis materiam malam permixtam, quæ
 basis istius ægritudinis est. Et ego multos sa
 nau in principio istius ægritudinis, ex potu co
 tidiano istius decoctionis digerendo ut supra,
 & euacuando, & quando volebam augere vir
 tutem solutivam, admiscebam electuarium ali
 quod, ut puta confectionem hamech. 3. vij. &
 sic mihi & ægrotantibus bene fuit, & aliquãdo
 ego addo & minuo res ingredientis secundum
 indigentiam, sæpe vsus sum decoctione epithi
 mi sine agarico, & sæpe addo in ultimo pulue
 rem hermodactylatam existentibus doloribus
 iuncturarum, descriptionem cuius ponam in
 fra, & bene fuit, cum bono regimine dicto, &
 flobothomia, bis aut ter facta, interuallo vnus
 ebdomadæ inter vnã & aliam interposito.

NICOL. MASSA

Et vbi multa quantitas pustularum malarū ap-
 paret, cum ventosis scarificatis sæpe appositis
 procedo, & aliquibus interpositis diebus reite-
 ro ipsas. Sic enim in materia grossa paulatim di-
 gerendo & paulatim euacuando iubent antiq̄
 procedere maxime Auic. prima quarti, cap. de
 febre pnegmatica sed quoniā hic sermo de di-
 gestiuis est dicta ista incidentaliter sufficiant,
 ad digestiua alia deuenio, & est decoctio ex in-
 uentione nostra mirabiliter conferens huic egri-
 tudini nouæ, & antiquæ, digerit & euacuat ma-
 teriam eterogeneam ex diuersitate maligna ex-
 istente in epate & alijs membris, rectificat vir-
 tutem membrorum nutritiuorū, et deseruentiū,
 mundificat sanguinem a phelgmate crudo, et ip-
 sum rectificat, remouet defedationes cutane-
 as, & exiccat materiam frigidam in mēbris ex-
 terioribus longinquis, confortat cerebrum &
 corroborat omnes virtutes corporis. Cuius hæc
 est descriptio. R. foliorum senæ. ʒ. ʒ. fumi terræ
 .ʒ. i. capillorum veneris. ʒ. ʒ. scolopendriæ. ʒ. ʒ.
 epithimi, timi, añ. ʒ. viij. polipodij. ʒ. iii. florū bu-
 glosc, boraginis añ. ʒ. vi. liquiritie rase. ʒ. iii. colo-
 quintide. ʒ. ii. elebori nigri. ʒ. i. ʒ. mirabolanorū
 indorum. ʒ. vii. prunorum damascenorū nume-
 ro. xii. sebesten numero. x. tamarindorū. ʒ. i. suce
 ci fumi terræ libram vnam. aquæ fumi terræ. q.
 s. misce

ad p̄didi
 ma grossa



Etiam bō ad intra valens.

DE MORBO GALLICO

.s. misce & fiat decoctio secundum artē, & facta diligenti colatura cum expressione, sumatur pro digestiuo cum syrupis iam dictis, quæ etiā est domesticum euacuatiuum, Vel cū ipsa dissoluantur electuaria ad soluendum, & eius dosis pro digestiuo cum syrupis, ℥.iii. & sola pro euacuatiuo. ℥.v. & plus & minus secundum dispositionem patientis & virtutem & tempus, & cū electuarijs quantū pro dissolutione sufficit &c. Multos etiam cum ista decoctione sanauī dando ipsam pro digestiuo in pauca dosi cū syrupo rosato vel alio secundum necessitatem, & pro solutiuo in maiori dosi & tu esto prudens & nūq̄ errabis dando secundum indigentiam. Alia etiam vtor decoctione quæ digerit materiam grossam, & soluit uentrem leniendo & confert iuuamento notabili huic ægitudini, & est ista. Recipe sene. ℥.ii. aquæ lactis libras.ii.℥. infundantur per diem & noctē, deinde buliant bullitione vna & coletur, quæ colatura est in pauca quantitate, puta. ℥.iii. degestiuum bonum, & in maiori quantitate soluit ventrem solutione leui & potes in istam etiā ponere syropos & dissoluerē electuaria, vt dictum fuit in alijs, Valet etiam multum & est experta decoctio facta cū poplipodio, epithimo, & ordeo ante partes æquales & decoquantur in quantitate sufficienti aquæ

D ; lactis

lactis, vel cum iam dictis decoquantur secundū
 diuersas intentiones. Et sic ex dictis habebis
 medicamina diuersa digestiua, tam materie an-
 tecedentis quam coniuncte experta in ista ægri-
 tudine, quæ si conuenienter administrantur pro-
 cul dubio præparabūt corpus ad resolutionem
 eradicatiuam, cū qua fit perfecta morbi sanatio
 vt etiā per simplicia in dictis ingredientia fa-
 cilime persuaderi potest. Facta igitur aliquali
 subtilatione, digestionē siue præparatione cum
 ægritudo sit materialis, & de repletionē, quod
 euacuare oportet nulli dubium est, quamuis ple-
 nitudo non sit causa primaria, quod autem
 ægritudo repletionalis indigeat euacuatione
 testatur Galenus comento illius apho. quæ-
 cunq; ægritudines fiunt de repletionē &c. Sed
 quoniam euacuationes aliquando minoratiuæ,
 & aliquando eradicatiuæ fiunt, in ista igitur æ-
 gritudine, conuenit prima euacuatio minorati-
 ua, cum non sit ægritudo seruans materiam ad
 vnā cronicam siue eradicatiuam expulsionem
 sed cronica in qua de nouo regenerantur mate-
 ria, & ideo paulatine digerendo, & paulatine
 euacuando alleuiat naturam & prohibet multi-
 tudinem istius humoris facientis diuersa acci-
 dentia vt sunt pustulæ dolores &c. / Sed nota
 quod

DE MORBO GALLICO

quod qui fortiter euacuant in ista ægritudine
 sæpe exterminant calorem naturalem, & euacu-
 ant materiam subtilem & grossã remanent &
 sic ægritudo deterior reditur. Quare minorati
 ua euacuatio erit in primis cum aliquo electua-
 rio benedicto, verbi gratia, cum electuario le-
 nitiuo, de sebesten, cõfectione hamech, electua-
 rio de datãlis, de psilio montagnanã, de succo
 rosarum & alijs vt cum vno istorum aut cum
 pluribus simul miscendo secundum necessitatẽ
 & virtutes eorum, de quibus dicam infra, &
 hoc si materia fuerit cum domino humorum
 subtilium, & pustulosa &c. quæ electuaria pos-
 tes dare in forma boli cum zuc. vel dissoluta cũ
 aquis appropriatis iam dictis, vel cum decoctis
 onibus secundum ægri voluntatem. Vel loco
 eorum vttere pillulis, si aliqua caussa ipsas pos-
 stulabit, aut ægri vel morbi. Et sunt pillulæ de
 fumo terræ, vel aggregatiue, vel pillulæ Indæ
 cum aureis, aut cum pillulis fetidis, vel cochijs
 vel cum agarico trociscato, secundum diuer-
 sas intentiones dando de ipsis, solis, & mixtis,
 duabus aut pluribus secundum earum virtutes
 vel fiat cum aliquo alio pharmaco equiualente
 quod sit secundum naturam morbi, & virtu-
 tem patientis.

*Euacuatio
 minorati*

Sed ne te decipiant nonnullorum euacuationes
 fortissimæ, quæ non solum sunt horribiles, sed
 in veritate sunt causa augmenti istius morbi,
 quoniam debilitant stomachum, & epar, ex qua
 debilitate sequuntur maiora accidentia, & cau-
 ssa istius ægitudinis corroboratio. Ideo debe-
 mus cum euacuantibus benedictis correctis p-
 cedere, quod si quis dicat materia ista, vt dixi-
 mus, est viscosa grossa, quare indiget euacua-
 bus fortibus, hoc respondeo esse verum, sed de-
 bemus facere vt docet Auic. prima quarti, secun-
 dum necessitatem medicinam debilem fortem,
 & fortem debilem, vt si damus electuarium de
 succo rosarum, quod est medicina fortis, debe-
 mus dare in pauca quantitate ita quod educat
 bis aut ter ad plus, & dare cum ipso electuariū
 lenitiū, vel aliud non laboriose euacuans, sicut
 ti est hyerapigra, inquit Auenzoar primo thy-
 sir, cap. de scissuris labiorū. omnia laxatiua quæ
 violenter & impetuose laxant trahunt humore
 a toto corpore, ad stomachum, & purgat totū
 corpus stomacho repleto remanente, & cū hoc
 etiam talis medicina habet totum corpus desic-
 care, quare humor malus in substantia stomachi
 habet remanere, quod si ista est, vides quantus
 sit error illorū, qui accipiunt pillulas, a quibus-
 dam aromatarijs quæ laxant vsq; ad sanguinē,
 & isti

Effluuiis Empiricorum

DE MORBO GALLICO

& isti aromatarij male faciunt dantes huiusmodi
 di medicinas laboriosas sine consilio medicorū
 in quacūq; ætate, in quocūq; sexu, & tempore,
 & sic sunt in caussa qđ multi toto tempore suæ
 vitæ cū ista pessima ægritudine remanent. Non
 minor error illorum est qui decoctionem collo-
 quintide, & aliarū rerum q̄ naturā veneni habēt
 sine aliquo correctorio tribuunt, addentes sup
 causam primam ægritudinis, quę est epatis de-
 bilitas, quare ne sim nimis plixus, dimitto hoc,
 & sufficit me medētes excitasse, vt ab istis fugi
 ant, & mitiora sequātur medicamina. Et vt cla-
 rius me intelligas, modus euacuandi a princi-
 pio, sit talis medicinæ ordinatio, verbi gratia. R̄
 ele. et. lenitiui. ʒ. i. cōfectionis hamech. ʒ. ʒ. misce
 & cū zuc. fiat bolus, vel cū aqs endiuia, fumi
 terræ, & lupulorū q. s. fiat potio, vel fiat cū deco-
 ctione epithimi vel cū decoctiōibus nostris vt
 melius tibi videbitur, Et sumatur in aurora per
 qnq; horas ante prandiū, vel loco istius si neces-
 sitas aliq; te cogit, aut ppter melius, vel materia
 sic postulāte, potes dare pillulas, verbi gratia. R̄
 pillularū aggregatiuarū, de fumo terr. añ. ʒ. ii.
 fiāt pillulę quinq; et sumātur in aurora, & tēpus
 comedendi sit per spatium quinq; horarum vt
 supra ad minus, quod si æger fuerit stiptici ven-
 tris adde dosim electuariorum, vel pillarū, &

D 5 augeatur

Madj m
 Si con
 5 5ar of

22
 20 meli

*Auges vna**ad penetral**Ar vna*

augeatur virtus pillularum cū diagrīdo grana
 duo & tria vel plus. Et si queratur maior pene-
 tratio cum tantundem salis gemmæ, & sic pro-
 cede & euacua vt dixi, quod si aliquando con-
 tingerit, quod farmacum non educat adiuuabis
 cum elisteri communi, facta ista prima euacua-
 tione cum materia non sit vna vice eradicabilis
 iterum dentur digestiua, siue syrūpi per tres aut
 quatuor dies vel sex, secundū tollerantiam in-
 firmi, & iterum dentur medicamina solutiua di-
 eta, in forma potionis vel boli, vel dentur pillu-
 la, & sic procede ad sanitatem perfectam. Dis-
co quando ægritudo est noua & pustulosa, sed
 nota, quod si æger est cū pustulis multis, semel
 in ebdomada apponere decem vel plus ventos-
 las est singulare præsidium, quoniam ex docu-
 mento Hipp. vndecunq; natura repit, inde edu-
 cere oportet, & cum natura ad cutaneas partes
 hoc facit apponantur saepe, vt puta quater aut
 quinquies antequam perfecta sit farmacorum
 purgatio, & ego isto regimine multos sanauī.
 verum est quod si corpus est pletoricū, ego fa-
 cio srobotomiam, post primam euacuationem
 cum pharmaco, a vena basilica dextri lateris.
 Et quantitas sit secundum dispositionem ægri,
 puta quinq; vnciæ, & sex & plus & minus. Et
 aliquando reitera ipsam post decem dies, neq;
 hoc est inconueniens, quoniam multi fuerunt

DE MORBO GALLICO

sanitati restituti, qui nouiter ægrotarunt, ex sola
 flobothomia cū bono regimine, et duos iuuenes
 vidi qui ex apertione venæ safenæ tantū vsque
 ad sincopim fuerint liberati. Sed esto prudens
 quia non competit omnibus, & tutior via, est
 via medica. Aut flobothomia confert disputā-
bimus post, reuertamur vnde discessimus &
describamus electuaria & pillulas cum suis vir-
tutibus, vt canonice semper sit cura & exhibi-
tio cuiuscunque medicine &c. & primo descri-
ptio electuarij lenitiui est magistralis & est ista
℞. passularum. ℥. ij. capillorum ven. violarum,
ordei añ. m. 5. iuiubarum sebestem añ. numero.
xx. liquilitiæ. ℥. 5. prunorum tamarindorum, añ
℥. vj. folliculorum senæ polipodi añ. ℥. ij. misce
fiat decoctio in aqua fontis, ad cōsumptionem
tertiæ partis, deinde addatur, mercurialis m. i. 5.
buliant bulitione vna, & coletur, & dissoluatur
pulpæ cassiæ, tamarindorum, prunorum, zucca-
ri fini, zuccari violati añ. ℥. vj. coquendo lento
igne, & agitato semper baculo, & in fine adde
pro qualibet libra electuarij. ℥. i. & 3. iij. follicu-
lorū senæ puluerizati, & fiat electuarium scđm
artem, dosis est vsq; ad. ℥. ij. & est medicina be-
nedicta educens vtramque materiam leniendo
& confortando membra naturalia, & ducit
etiam coleram minoris famæ, confertque mul-
tum ægri tudinibus cutaneis, quare cum

Electuarium lenitiui

colera roborat.

NICOL. MASSA

est febris cum ista ægritudine da electuariū le
 nitium cum alijs quoniã multū confert, Ele
 uariū de sebestē describitur a Domino Bartho
 lomeo montagnano in suis consilijs, in antidota
 rio, & dosis eius est vsq; ad .ʒ. i. confert febrib;
 & leniendo educit vtrancq; materiam & aliquã
 do melancoliam, mundificat stomachum, epar,
 & renes, a materijs viscosis grossis mundificat
 q; sanguinem, & ideo huic ægritudini multum
 confert & c. Confectio hamech, describitur a
 D Mesuæ distinctione tertia sui antidotarij, &
 est prima, eius dosis est vsque ad .ʒ. ʒ. valet ad
 ægritudines, ex colera & flegmate salso, & ma
 xime cutaneas, vt sunt scabies, & aliæ infectio
 nes, mundificat sanguinem & educit materiam
 grossam eterogeneã, cum qua multos sanauit q
 a pustulis & vlceribus malis vexabantur, qua
 re semper in ista ægritudine cum cæteris in euac
 uatione adde aliquid de confectione hamech.
 Electuariū de dactylis describitur a Mesuæ lo
 co allegato & dicitur medicina securitatis, do
 sis eius est vsq; ad .ʒ. i. euacuat materiã flegmati
 cam grossam & putridã, non a remotis ob vis
 cositatem dactylorum, sed a vijs cõmunibus, vt
 est stomachus, epar & intestina, quare conuenit
 a principio. Electuariū de psilio descriptio po
 nitur a dño Bartholomeo montagnano in suo
 antido

29 febris

Electuariū de sebestē

1879
 29 febris
 2000

29 febris

29 febris

Electuariū de dactylis

29 febris

Electuariū de psilio

DE MORBO GALLICO

antidotario, eius dosis est vsq; ad. 3. vij. euacuat
leniendo materias oēs, & cuiuscunq; permixti
onis, extinguit calorē febrilem, mūdificat san-
guinem, & confortat sanguinem, & confortat
oēs virtutes corporis maxime naturales. Ele
ctuarium de succo rosarum, describitur a Nico
lao in suo antidotario, & eius dosis est vsq; ad
3. iiii. et confert doloribus iuncturarū, euacuat
vtramq; materiam, phlegmaticam videlicet et
colericam, et maxime a remotis quare est conue
niens dare quādo sunt dolores neruorū et iun
cturarum. Ex dictis collige secundum necessi
tatem componendo vnum cum alio, in forma
boli, vel fiat potio cum aquis in capitulo de di
gestione, vel cum decoctionibus, secundum q̄
tibi melius apparebit. Et crede mihi, q̄ si mate
ria est pustulosa, et in principio aegritudinis cū
bono regimine, et cum slobothomia et ventosis
sæpe positis cum scarificatione sanabis absq;
dubio, domino auxiliante. Sed vt pillulas etiam
canonice des eorum virtutes scribā, Descriptio
pillularū de fumo terræ ponitur ab Auic. quar
to canonis, sen. septima, cap. vii. tertij tractatus
dosis eius est. 3. i. 5. euacuant materiam corruptā
eterogeneam cum admixtione humoris adusti
et phlegmatis falsi, et sanant infectiones cutane
as a piuntoppilatione et splenis, epatis, conferūt
multū

sub dem 70
2^a gaudm
as fibat
elima de su
208

potio de fumo
124

de 3 flig
2-19-10-10

opilio splenis et epatis

NICOL. MASSA

multum huic ægritudini & est medicina siue so-
lutiũ forte. Pillularum aggregatiuarũ descri-
ptio ponitur a Mesue distinctione decima sui
antidotarij, & eorũ dosis est vsq; ad. 3. i. 5. virtu-
tes quarũ sunt euacuare vtramq; colerã & fleg-
ma, mundificando epar & stomachũ: & educes-
re istas materias a capite, & alijs membris. Pil-
lulæ inde describuntur a Mesue loco dicto: &
dosis earũ est vsq; ad. 3. ii. valent ad ægritudi-
nes cutaneas, vt est lepra, saphati, & morphea,
& ad ægritudines melancolicas, & euacuat hu-
mores corruptos malæ pmixtionis, & sunt mi-
rabiles huic ægritudini, quas multotiẽs sum ex-
pertus, & maxime nouissime in quodã iuvene
ætatis. xxv. annorũ colericæ cõplexionis satis
adustæ, qui ex contagione mulieris patiebatur
hanc ægritudinem cum vlceribus in virga pro-
fundis & corrosiuis, cum doloribus iunctura-
rum, & aliquibus pustulis in capite, & hinc in-
de per corpus sparsis, quæ ex colore ad nigre-
dinem ostendebant adustionẽ humorum per-
mixtionem humoris melancolici, cum quibus
patiebatur in occasu solis dolorem intentissi-
imum capitis, qui non solum extrinsecus ipsum
infestabat, verum etiam communicabatur ven-
triculis ipsius cerebri, ita quod in augmento
ipsius doloris deueniebat ad insaniam & ma-
niam

Alte 1500

Sto 159

Capitulum 7. 8.

*Lepza
Saphati
Morphea*

Et sic habes medicamina tam digerentia quam
 euacuãtia, cū suis virtutibus cum quibus potes
 in ista egritudine procedere, verum quoniam
 multa est diuersitas tam in egritudine quam in
 accidentibus proprijs & cōmunibus alijs egritū
 tudinibus, ideo tuū erit vltra dicta medicamina
 secundum quod necessitas postulabit, cum alijs
 etiam additis vel solis procedere hæc autē die
 eta sunt vt valeas per ipsa vltra procedere, secu
 re & moderate, semper tamē habendo oculum
 ad prædominium humoris. Et ideo ex dictis iã
 infero quod vomitus multum confert facta ali
 quali digestionē, & hoc tam ratione materiæ an
 tecedentis quam materiæ coniunctæ. Et mira
 biliter accidentibus prodest, nã diuertit & eua
 cuat & ideo opitulatur doloribus vlceribus &
 pustulis, sed quia dictum fuit quod aliquando
 sunt membra alia ab epate, fouētia istam egritu
 dinem propter aliquam malam qualitatem vel
 egritudinem vt puta stomachus, renes, splen, ces
 rebrum vel alia membra, quæ possunt inficere
 massam sanguineam, quare rectificare, vltra id
 quod dictum est, & confortare dicta membra
 erit vera & completa cura de confortatione q̄
 post curam conuenit in capitulo de præseruati
 one a recidiua dicam &c.

DE MORBO GALLICO

Cap. VIII. in quo de conuenientia phlobotomia uentosarum & sanguis

sugarum disputatur.

Sed quoniam dictū fuit, quod flobothomia
in cura istius morbi cōuenit & sunt alij dicē
tes, quod nullo pacto conuenit, ideo rationes ip
sorum primo grātia indagandę veritatis audies
prima quarum est ista. Flobothomia non con
uenit in ægritudinibus frigidis, quoniam est san
guinis euacuatio, qui sanguis habet sua calidita
te digerere, & regulare humores frigidos, ergo
&c. Præterea ista ægritudo non cognoscitur ni
si ex signis. Signa autē sunt dolores pustule apo
stemata dura, vlcera &c. Sed quando ista appa
rent iam materia est sparsa, sed si quis faceret
flobothomiam sparsa materia operaretur cōtra
operationem naturę, ergo &c. Adhuc auctori
tate Auic. cap. de flobothomia primo canonis,
sen. quarta, Nemo est phlobotomādus nisi pro
pter malitiam sanguinis, aut propter quantitatē
vel propter vtrumq; modo cum basis sit mate
ria phlegmatica, quę sapit quoquo modo melā
colicę naturam non conuenit flobothomia, &c.
Præterea, ut accipitur ex verbis Galeni, in libel
lo de flobothomia, summa secunda, capitulo
primo. Non sunt flobothomandi qui a multitu
dine humorum per corpus totum grauantur

quando timetur de eorū cruditate, & cum iste humor sit frigidus, & per totum corpus, ergo &c. Ultimo arguunt quidam experientia sibi compertum esse quod semper flobothomia in ista aegritudine nocet, quare &c. Ad solutionem quorum primo est sciendum, quod flobothomia est euacuatio vniuersalis, quæ multitudinē euacuat, & multitudo est augmentum humorum super qualitatem ipsorum in venis, & hæc sunt verba Auic. fen. quarta primi, cap. de flobothomia. Quare quando aegritudines sunt materiales ex diuersitate humorum, & maxime in massa sanguinea cōmunicatæ per venas toti corpori, conuenientissima euacuatio est flobothomia, considerata complexione, etate, & regimine, Et ista est doctrina Galeni in lib. de flobothomia. Sed ne nimis hic sermo noster prolixus sit. Ad rationes respondeo. Et primo ad primam, dico quod aegritudo ista non est simpliciter frigida, sed est aliquali diminuta caliditate tanquam a causa agente causata, neque ualeat dicere quod a superabundanti fit denominatio quoniam quid nominis cognitio est uulgariū cognitio, sed considerata admixtione cū quantitate aliorum humorum erit denominatio secundum quid, & non simpliciter. Præterea locus generationis qui est epar & ueng, sunt de illis

15

Solutio

DE MORBO GALLICO

illis quæ nos oïno cogit ad apertionem venarū cum per venas facilius fiat epatis & venarum euacuatio. Paterea iubet Auic. cap. de cura febriſ fleumaticæ, prima quarti, ex ſolo rubedinis vrinæ ſigno ſlobothomare, quanto magis in iſta, cum ſint alia ſigna a diſto. Et hoc idem in alijs frigidis egritudinibus, vt in cura ſcrofularum tertij quarti, & in quampluribus locis &c. Ad ſecundum dico quod non operatur cōtra operationē nature, quoniā per ſlobothomiam nō euacuatur materia puſtularum, & aliorū accidētium, ſed euacuatur ab ipſo epate & venis materia, quæ ſtat ſub cauſa antecedente & coniuncta, & ſic eſt conueniens, quoniā eſt cura per remotionem cauſe. Ad tertiuū dico, quod auctoritas Auic. eſt pro illis qui faciunt ſlobothomiam quia in iſta egritudine eſt talis malitia in maſſa ſanguinea. Ad quartum dico, quod Galenus loquitur de illis quorum virtus non ſuſtinet ſlobothomiam nam eodem cap. & in ſequentibus, quando materia eſt in venis, quæ ſit cruda, iubet ſlobothomare, & quādo eſt egritudo fortis præſens, aut futura, & ſi nullum appauerit accidens, ſed tantum ſit iuſpitiſ, quod autem iſta ſit fortis egritudo ſciunt qui paſſi ſunt, & qui patiuntur, & etiam qui curat ipſos.

Ad vltimum dico, quod experimentum ſine ratione

tione est fallax autoritate Hyppocra. & ideo dicebat Galenus, libello de flobothomia, cap. tertio prohemij, quod organa inuentionis sunt duo videlicet, experientia & ratio, quare iste non est expertus cum ratione &c. Sed ne decipiatur quis in flobothomando audi conditions flobothomandi a Galeno in dicto libello. Et sunt istæ, Ætas iuuetutis & per iuuentutem remouetur pueritia, et senectus. Complexio calida cum amplitudine venarum. Ægritudo timorosa facta vel fienda. Malitia in massa sanguinis. Regio calida non resolubilis virtutem. Et tempus anni non frigidus, neque in diebus canicularibus &c. Et nono de morbis curandis, capite. xi dicit flobothomia fit, quando sanguis est inutilis, & est dupliciter, vel quia non habet propriam qualitatem, & nutrire impotens est, vt prius nutriebat, vel quia sua quantitate occupat virtutem, & caussat oppilationes &c. De quantitate vero flobothomiæ non datur mensura, quoniam est in bono iudicio medici, secundum tolerantiam, & necessitatem ægritudinis. Et ideo non est mirum si aliqui cum euacuatione & flobothomia vsque ad sincopim, qui sunt fortissime virtutis, iuuenes in principio ægritudinis, in bono tempore anni fuerunt liberati. Quoniam fuit facta radicalis illius sanguinis euacuatione

DE MORBO GALLICO

tio, in quo erat mala qualitas, cum qua non erat
 aptus nutrire. Sed isti fuerunt pallidi, & maci-
 lenti per multos menses, & postea facti sunt cū
 bono colore. Et hoc fuit quoniam per euacua-
 tionem flobothomiæ vel aliam, tota materia cō-
 tagiosa remota fuit, & epar ad aliam qualitatem
 mutatum &c. / Tamen hoc non est tutum nisi
 in fortissima virtute cū alijs conditionibus &c.
 Ventose, quoniam sunt vicarie flobothomiæ
 cum euacuatione per flobothomiam coincidunt
 & etiā sanguis sugarum applicatio si aliqua ne-
 cessitate apponatur puta super emoroidas, vel
 in alio loco &c. Sed ventose vt dicit Auicenna
 mundificat magis partes cutaneas quam flobo-
 thomia, & extrahūt plus de subtili quā de gros-
 so sanguine, & minus debilitant. Et ideo con-
 ferunt quando sunt infectiones cutaneæ dicti
 morbi, idem est dicendum de operatione san-
 gui sugarum nisi quod operatio est profundior
 &c. Possem & alia quamplurima argumenta
 adducere, sed quoniam non militant, & breuita-
 tis gratia dimittantur &c.

NICO. MASSA

Prohemium tertij tractatus & est secunda
pars practicæ in qua de medicina ligni

Indici sermo est, Cap. I.

Aliam sanandi hanc ægritudinē viam, po-
stremo medentes laudauerunt, quæ est p-
assumptionem decoctionis cuiusdam ligni quod
fertur ex india & hac de caussa vocant vulga-
res hoc lignum, lignum indicum, quæ ligni me-
dicina, cum sit quædam species farmaci, in secū-
do isto loco nō sine ratione scribere eam decre-
ui. Sed quoniam maximam obseruantiam in ta-
li potione et ligni quouis modo assumptione, et
ratio suadet, & experientia cōprobat, ideo om-
nia quæ necessaria ad curam per assumptionem
dictæ decoctionis vel medicaminis, hac in par-
te scribam, & ne quid medentibus ad medelam
deficiat, imprimis descriptionem huius ligni po-
nam, vt a fide dignis scribētibus, & ratione ex-
perientia comprobata habere potui &c.

Cap. II. in quo lignum indicum cum suis
condicionibus describitur.

Est igitur lignum indicū arbor, quæ in in-
sulis ultra marinis nascitur, & vocantur,
Calcutia insulæ illæ aut continens, a modernis colecut.
Et magnitudo arboris est sicut magnitudo ar-
boris quam frassinum appellamus, habens folia
ad similitudinem plantaginis in venis, quæ nō
sunt

Descriptio Ligni gūinici

DE MORBO GALLICIO

sunt ita magna sed parua, rotunda, & fortiora, fructus istius arboris est castaneis in forma similis, Cortex arboris est cineritius tendens ad nigredinem, sed illud quod est cineritij corticis tantum, nō est ita bonum siue virtuosum in ista cura, grossitudo istius arboris ad plus est hominis siue humani corporis grossitudo, sed nō omnes quoniā quaedam est tantū cruris hoīs grossitudo, & alix minus, color exterius post corticem, est albus tendens ad citrinitatem, & in medio ligni est nigri coloris. Et lignū quod plus habet de substantia intrinseca nigra, est melius. Et quæ sunt ad pallorem, non sunt ita bona. Estq; durissimæ substantiæ ita quod vix incidere potest, est etiā ponderosus, sed habens pinguedinem maiore, siue plus de humiditate, est melius, & eius odor est satis suauē tam in ebullitione quam super ignem lignum ponendo, quam etiam ipsum odorando, quando de nouo inciditur, & ad gustum est cum aliquali amaritudine, sed non manifesta multum. Et dicunt quidam, quod fructus eius est solutiuus &c. Sed ne te nomina decipiant. Nota quod hispani appellāt ipsum guaiacum. Alij vero appellant ipsum lignum sanctum, sed maior pars appellat lignum indicū. Et est difficultas nō parua an de ipso autiqui aliquam fecerint mentionem, & multi te-

15
 nent quod non, tamen ego reperio apud Aui-
 cēna. secundo canonis, in litera. K. de karon, di-
 cit quod est lignum & fertur ex india, & con-
 fert iuncturis & neruis, & lignū hoc similatur
 multum ebano in substantia, duritie & colore
 & forte quod est aliqua species ebani. / Deco-
 ctio eius quando decoquitur, est similis Tero la-
 ctis, & tinctura ipsius est lazuli coloris. Ele-
 ctio eius, melior est lignum nouum a tempore
 incisionis, & vetus eius ortu grossum in substā-
 tia et in colore nigrum, cum gumma siue pin-
 guedine, & ponderosum, boni odoris, coloris
 corticis subnigri, & cū maxima medullari par-
 te nigra, sine alteratione aliqua, aut corruptione
 tamarum siue vermium, vel ab humiditate cor-
 ruptum, aut tempore, neq; sit nimis exiccatum,
 vt post incisionem supernatet in aqua. / Verum
 si quis haberet ipsum viride esset longe melius
 neq; esset cū ipso tātus labor in sanando. Et di-
 cunt qui ab illis insulis reuersi sunt, quod nulla
 est memoria apud ipsos de ægitudine quam
 nos morbum gallicū appellamus, & ita omni-
 bus fere accidit sicut apud nos variole accidūt.
 Et oēs ex medicamine istius ligni solius libera-
 tur nullusq; vnq; fuit, q; ab isto ligno nō libera-
 retur. Ex qbus elicere potest, quod egritudo nō
 est noua simpliciter, sed nobis tantum & forte
 nec

Q. h' egritudo nō sit noua.

DE MORBO GALLICO

nec vobis si quis recte capitulū de olibano ab
Auicenna secundo canonis intelligat &c.

Cap. III. De qualitatibus uirtutibus &
proprietas ligni indici.

Non mediocrem utilitatem fore putavi, si
huius ligni qualitatem & naturam ratio
nibus antiquorū medicorum, & experimento
dilucidabo. Cum nondum ab aliquo a me uiso
id factum sit, quibus postea, operationes, & uir-
tutes facilius cognoscere poterimus (ut docet
Galenus. v. de simplicibus, distinctione prima
cap. iij.) & sic etiam rectius in morbo & ac-
cidentibus, isto medicamine succurrere. Notū est
igitur medicis oībus, in qualitatibus medicina-
rum, q̄ medicina non dicitur calida aut frigida
humida, vel sicca, nisi quia talē qualitātē potest
imprimere in corpore nostro, & cum ut docuit
Galenus in libello de simplicibus, istę q̄litates
nō tm̄ experimēto sed etiā ratione venāde sunt,
ideo iuxta Galeni doctrinā in dicto libello, ut
ipse apte declarat p̄ experimētū q̄ medicina q̄
p̄cedit calefaciēdo semper dū occurrit corpori
vsq̄ in finē, & semper addit in caliditatem dū
p̄manet, ipsa est calida p̄ se, & non p̄ accidens
& quod dico de caliditate, de alijs qualitatibus
etiam intelligendum est. Quare ab experimēto
incipiens, lignū hoc semper p̄cedit alterādo per
calidi-

caliditatē, ut patet si quis lignum in ore ponet
 percipit manifestam caliditatem, percipiūt etiā
 qui decoctionem dicti ligni bibunt, dum manet
 in stomacho, inflammationem, non incensiuam
 sed satis manifestam. Et hoc non tantum ad in-
 tra percipitur, sed etiam extra, si quis lauet vlce-
 ra aut membrum sanum dicit se percipere cali-
 ditatem satis notabilem, quę remanet in substā-
 tia membri post lotionem, & etiam bibendo in
 gutture sentiunt inflammationem per aliquod
 spaciū. Et hoc nō debile est signū virtutis cali-
 de istius ligni hoc idē attestantur accidentales
 qualitates, vt est sapor, & odor quīs non sit ne-
 cessariū experirē p̄ istas, vt est sententia ipsius
 Galeni, secundo de simplicibus, distinctiōe se-
 cunda cap. quarto, attamen est vtile, vt in alijs
 dixi. Et ipse etiam docet in dicto libello, cum
 dicit res quibus sunt odores proculdubio esse
 calidas. Nam odores fiunt a fumali euaporatio-
 ne siue exalatione, quę arguunt caliditatem, vt
 dicit Arist. secundo de anima, neq; huic rationē
 argumentum de canfora obstat. Sapor vt dixi
 est cum aliquali amaritudine, & ideo testante
 Galeno eodem libro debemus caliditatem per
 amaritudinem arguere, neq; decipior de rebus
 frigidis quę sunt amare. Et cū oēs istę cōditio-
 nes nō sint excessiue declarāt caliditatē non ex-
 cessi

DE MORBO GALLICO

cessiuā, sed tēperatā cū aliquo excessu, ita quod omnino trāscendit secūdū gradū, non enim, accidit ad tertium. Et cū ex dictis siccitas aliqua sibi inesse appareat, nō transit multū gradū primū, vt colligitur a Galeno quinto de simplicibus, cap. vltimo in quo de gradibus medicinarum agit. Inquit ibi, medicina secūdi gradus est illa quæ manifeste imprimat suam qualitātē, scilicet caliditatē & frigiditatē &c. et medicina quæ est primi gradus, sensibilis aequaliter, sed non manifeste, sed eget demonstratōne &c. quare cū caliditas istius ligni sit manifestissima, secūdum gradū transit. Et siccitas cum non sit manifesta ex toto, propter hoc dico esse versus secundum gradum in siccitatē. Neq; propter hoc spoliatur lignum ab alijs qualitatibus, & maxime ab humiditate, per partes pingues & viscosas, per quas soluit leniendo, quoniam (vt inquit) Galenus in dicto libello, apertio fit per caliditatem, & linitio per humiditatē, quapropter vt summam verba dicta colligam. Virtus istius ligni est calida in secūdo versus tertium, & sicca in primo versus secundū, cum humiditate temperata. Et ne me vnquam a medici dicta docere putes, Audi Galenū libro tertio de simplicibus, distinctione tertia ca. primo. Vnaquæq; medicinarū quamuis in speculo oculi sit vna, simplex, singularis

Cap 4 per
ad 37 84

gularis, tamen in natura sui secundum plurimū
 est composita, & fortasse sunt in ea virtutes cō-
 trariæ valde. Et paulo post dicit. Nō est in hoc
 aliquid admirationis cum inuenimus in vna &
 eadem medicina propter aggregationem earū
 virtutum in eis virtutem quæ calefacit, & infri-
 gidat & quæ humectat, & exiccet, & virtutem
 subtilem & grossam; Et si virtutes actiue pro-
 prie non essent permixtæ hac permixtione, non
 permiscerentur virtutes secundæ quæ sunt post
 eas, hæc Galenus. Est igitur vt docuit experiē-
 tia, calidum aperitiuum, diureticum & sudoris
 prouocatiuum, estq; malarum humiditatum di-
 uersarum resolutiuū, & exiccatiuum & est leni-
 tiuū & absterliuū & ventris solutiū si ex pul-
 uere ipsius .3.iiii. quis sumserit. Et sepiissime,
 est restrictiuum, maxime cum multum sudoris
 aut vring ex ipso qui emiserit, vel si cum rebus
 stipticis sumserit, vel torrefacto & conferto
 macho ex multo phlegmate leso, corrigit vitia
 epatis & splenis, mundificat sanguinem per vē-
 trem, educit materias diuersæ corruptionis, &
 maxie frigidas. Et credūt qdā ipsum esse singu-
 lare præsidium calculosis. Et quod etiam frangat
 lapidem. Prodest podagricis a materia frigi-
 da & est leprosis magnum præsidium. Confert
 q; omnibus cutaneis infectionibus doloribus,
 & alijs

ex. 100
 100
 100

100
 100

100



100

analog

DE MORBO GALLICO

& alijs ægri tudinibus neruorum, & aliorū mē
brorum & fistulis vlceribus malis cum qualita
te occulta, & sanat dispositionem morbi gallici
antiquam & nouam cum omnibus accidētibus
nam remouet pustulas & vestigia earum, dolo
res in quacuncq; parte sanat, resoluit apostema
ta dura, & si ad exituram de uenerit maturat &
appetit, digerit & mundificat, & cicatrizat vl
cera, & in simul corruptionem ossis reſtificat,
Neruos contractos & exiccatos mollificat, &
paralyſim sanat. Infrigidatos & stupidos ab
iſto morbo calefacit, & maraſmum impinguat
malacq; olentia corpora ad bonum odorem diri
git, oris malum odorem tollit, aſmaticos sanat
ſquinantiam malignam reſoluit, cerebri & alio
rum membrorū vitia omnia ab iſto morbo ſa
nat. Et vt cuncta vnica dictione perſtringam
quecuncq; vitia & accidētia ab iſta ſiue noua ſi
ue antiqua ægri tudine euenire poſſibilia, paula
tine sanat. Quare bene dicunt qui lignum ſan
ctum appellant. Et vere ſancta eſt eius opera
tio, ſi q̄s conſideratis viribus & reliquis, ipſum
ægris propinet, mirabilis ſequitur eſſe ctus. Et
ſileant maledici, hæc ſatis de natura & virtuti
bus ligni dicta ſint, & de modo adminiſtratio
nis audies.

Cap.

capitulum

Cap. III. De regimine obseruando si quis
cum ligno indico curauerit morbum

Gallicum.

Regimen, si quis cū ligno indico vult curari a morbo gallico in sex rebus nō naturalibus, & medicinarum sit iste. In primis caueat ab aere frigido a ventis malis, & locis vbi sūt vapores humidi, & putrescibiles, vt sunt paludes, & aqua mortua, & valles, & alij qui in regimine in sex rebus non naturalibus dictum est ante, & si non aliter saltem alterando locum habitationis secundum tempora anni, & primo ante omnia oportet purgare corpus egrum conuenientibus purgationibus & non vt mulierculæ & impudentes faciunt, sed canonicè procedendum vt dictum est in regimine vniuersali, in primis digerendo, cōsiderata cōditione egritudinis et alijs, et hoc cum syrups, postea facta aliquali digestionē euacuare non laboriose, sed suauiter, cum solutiuis et lenitiuis appropriatis & cum apparuerit aliquod uel plura ex signis de emissionē sanguinis extrahatur iuxta virtutem patientis & ægritudinis qualitatem, dicant in hoc garruli quicquid sibi placuerit. Scio quomodo doctus medicus ignorat, quod sanatio fit a virtute intrinseca, remoto impedimento a medicina, sæpe etiam natura fortis sine aliquo auxilio

DE MORBO GALLICO

xilio expellit quodcunq; nocuentū. Nec pro-
 pter hoc, cum homo sit distinctus a beluis, de-
 bet dimittere propriū hominis, quod est ratio,
 quare si medicus ante assumptionem decoctio-
 nis istius ligni cognoscit per signa corpus ple-
 toricum, & maxime in vijs cōmunibus, nullo
 pacto debet hanc medicinam diureticam dare,
 nisi prius vias istas cōmunes a superfluitatibus
 emundentur. Et ego vidi aliquos, ex crapulosis
 qui nullo accepto medicamine euacuatio accē-
 perunt istam decoctionem ligni, qui in deterio-
 rem deueniunt ægritudinē, & etiam moderatē
 sine in regimine se habentes, & pauidos in far-
 macis sumendis, q̄ decoctionē sumpserunt plu-
 ries, & tñ adhuc laborant, quare siliat qui aliter
 credit, & rationi & experimēto si est rationalis
 credat. Digeratur igitur materia secundū quod
 per accidentia & signa, diuersa cognoueris mi-
 xtionem vt si est ægritudo noua pustulosa cum
 rubedine &c. cum syrupo de endiua rosato &
 de fumo terræ añ. ʒ. ʒ. linferur cum aquis puta
 buglosæ, lupulorum, & solatri añ. ʒ. i. vel si est
 signum quod materia sit magis grossa linferur
 cum decoctione epithimi Mesuæ, vel cū deco-
 ctione senæ, vel cū alijs infra scribendis, & hoc
 variando secundum diuersa signa, tam in ægri-
 tudine quam in patiente in cōplexione & alijs

F

vt puta

ff 7

ad matricem
dolor. iuxta
 utputa si æger fuerit mulier, & habuerit aliquod
 vitium matricis, vt sæpe mulieribus accidit, po-
 ne syrupum de matricaria, vel si patiatur dolo-
 res intestinorum addatur aqua camomilla, &
 sic in alijs iuxta indigentiam. Quod si ægritudo
 fuerit antiqua cum doloribus iuncturarum
 & apostematibus, & vlceribus, addatur syru-
 p⁹ de sticados, vel de epithimo & limphetur cū
 aqua yuæ, vel de andachocha, aut cū decoctio-
 nibus nostris. Et sic secundum iudicium boni
 medici digeratur p̄ quatuor aut quinque dies su-
 mendo in mane calidum, & tempus prandij sit
 per quinque horas post assumptionem. Nota ta-
 men quod quando est dolor capitis, vtilissimū
 est sumere syrupum post cœnam per tres horas
 ad minus, quoniam vltra quod digerit & repri-
 mit, confortat cerebrū sua euaporatione, & sic
 fit alleuiatio doloris, assumptis syrupis, euacue-
 tur pharmaco, aut phlobotomia, quod si phlo-
 botomiæ vis a basilica in primis incipiendū est
 & sit dextri lateris, extrahatur q̄. ʒ. v. minus &
 plus vt postulabit necessitas, cōsideratis dictis
 in cap. de phlobotomia, quiescat postea æger p̄
 duos aut tres dies & accipiat pharmacū ex be-
 nedictis vt dictū est, quod pharmacū sit forte
 debile, verbi gratia, si ægritudo est noua & ma-
 teria pauca subtilis vt supra dictū fuit, cum ele-
ctua

DE MORBO GALLICO

Sp 9^o
Stuario lenitiuo. 3. i. cōfectione hamech. 3. v. dis-
solutis cum aquis dictis, vel cū decoctione epi-
thimi, M. & si aegritudo fuerit cū doloribus ad-
datur elestuariū indum, aut de psilio Montag-
nane, uel de succo rosarū &c. quod si magis di-
ligis pillulas, procede cum pillulis de fumoter-
ra vel aggregatiuis, & alijs &c. Et si non indi-
ges phlobotomia post digestionem euacuabis
vias communes, necessarijs euacuationibus, &
quū aegritudo est cum pustulis, pone ventosas
scarificatas in locis ubi plus apparent præter q̄
in capite & locis ubi non ponuntur, & hoc fiat
semel vel bis secundū quod ratio & res ipsa di-
ctat. Corpore sic euacuato semel bis aut ter se-
cundū predicta, eger præparet sibi cubile, i quo
si fuerit hyems ignis accendatur ex bonis lig-
nis nō putridis, neq; ex carbonibus, possumus
etiam stufa ipsum calefacere & fenestræ clau-
dantur non dico a lumine solis, sed ne frigus in-
grediatur, aut malus vapor, quod si æstas fuerit
temperare aerē oportet aperiendo fenestras bis
aut ter in die, vel cum sparsione foliorum tēpe-
ratorū q̄ sint boni odoris, ut sūt camomilla, mē-
ta, folia salicis, et vitis uua, et spargatur p̄ cubi-
le. Et si fuerit necessariū ppter nimiū calorē as-
purgatur aq̄. Nota tamē q̄ frigus huic c̄gitudini
F 2 nocet

nocet magnifice & nihil prodest neq; tutum est cum frigidis procedere, sed semper cum temperatis. Inquit Galenus caliditas temperata confert omni rei, & hoc est clarum cū anima vtitur calido temperato pro instrumento ad omnia quæ sunt corpori necessaria, cubile itaq; sic præparato lignum modo infra scribendo præparetur.

Cap. V. De modo Præparationis ligni Indici

ad curam morbi Gallici.

Lignū indicum cum sit durissimū per limā aut rasam siue cū aliquo alio instrumēto in subtilissimam puluerē conuertatur. Et de isto puluere accipe libras duas, & pone in olla noua nitida & vitriata & desuper pone aquam fontis siue fluminis vel putei libras. xvi. & aqua sit clara sine malo odore & sapore, & dimittantur sic infundi per diem & noctē, vel per duos dies postea sic infusa, ponatur ad ignem, qui ignis sit lentus & buliat olla cooperta vsq; ad cōsumptionem mediētatis, ollaq; sit magna, ita quod remaneat quarta pars vacuavt possit libere bulire paulatineq; buliat cum parua flamma sine fumo, & inundatione, & buliēdo oportet assidue despumare, spumāq; serua, qm̄ est medicamē iuuatiuū qn̄ ebibitur aqua, si cū ipsa spuma circa vlcera & tumores, et dolores, et pustulas inungantur, & qn̄ non potes habere spumam aquæ primæ, hoc

DE MORBO GALLICO

mg, hoc idē facit si cum ipsa vlcerā lauabis. Cō-
 sumpta igitur medietate aquæ per ebullitiōē
 dictam, remoue ipsam ab igne, & dimitte sic q̄
 escere per diē, deinde diligenter coletur per co-
 latoriū, & in vase vitreo seruetur. Et ista est aq̄
 siue decoctio prima, de qua sumere oportet
 bis in die, videlicet mane & sero, & dicitur de-
 coctio prima, siue maioris virtutis & efficacis, Quintus 1
 postea super idem lignum quod prius ebullierit
 pone totidē libras aquæ sicut prius, videlicet
 xvj. & iterum cooperta olla ponatur ad ignem
 & buliat vt supra ad consumptionem tertię par-
 tis, & cola vt dictū est, seruaq̄ in alio vase vi-
 treo de qua detur egro ad libitū, semper q̄n bi-
 bere voluerit, vtz q̄n comedit, q̄m si possibile ē
 vinū dimittere oportet, bibatur etiā de ista secū-
 da inter diem & noctē, si opus fuerit vt quando
 adest sitis, & ista appellatur aqua siue decoctio Quintus 2
 secunda pro potu diurno. Nota tamen q̄ non
 esset bonū sine potu istius aquæ diem aliquem
 transire, quoniam operatio ista est continua, suc-
 cessiua, & paulatina. Et ne sit tēpus regeneran-
 di nouā materiam. Ideo anteq̄ prima decoctio
 epota sit, duas alias libras dicti pulueris ligni,
 cum qaantitate supra dicta aquæ infundatur, &
 buliat vt supra, primam & secundam serua, vt
 q̄n prior bibita fuerit, aliam habeas preparatā,

& procede vsq; ad finem curæ quod erit ad mi-
 nus vt experientia docet, spatiū, terminus qua-
 draginta dierum. Et qui maiorem habent ægri-
 tudinem & antiquiorem per spatiū maioris tē-
 poris hanc decoctionem bibant, verbi gratia p-
 duos menses vel per tres si vltimam malignita-
 tem ægriitudinis habent. Neq; vnum prætermi-
 tam hoc est quod quantum plus hæc decoctio
 ebulluerit decoctione virtuosior & excellē-
 tior in operatione habebis, & citius ægros li-
 berabis. Tamen omnia sint moderata, & modo
 quodam medio præparata, Sic etiam scies quod
 quanto plus de ista decoctione siue prima siue
 secunda biberint tanto citius euadent, multum
 etiam confert si non habent beneficiū vētris fa-
 cere clistere cū dicta decoctione scd'a vel pri'a.

*Cap. VI. de modo sumēdi decoctionē ligni
 indici & alio regimine tempore
 assumptionis obseruando.*

FActis euacuationibus dictis, præparatoq;
 cubili, æger sumat mane in aurora, cyas-
 thū vnū primæ decoctiōis maioris virtutis, &
 sit pondus dictæ decoctionis. ʒ. vi. & minus
 si non tolerat dispositio & plus secundum ægri-
 virtutem & tolerantiam, & ipsam bibat calidā
 & postea cooperiatur bene pannis siue coopto
 rijs

DE MORBO GALLICO

rijs in lecto, & stet sic p duas horas, & sudet si
 est possibile, q̄ si sudauerit, abstergetur pannis
 calidis, subtrahantur panni, & sic quiescat vsq̄
 ad borā prādis, quod dare oportet p quinq; ad
 minus vel sex horas post assumptionē decocti-
 onis, & eius prandium sit vncias quatuor panis
 bene fermentati non saliti, & vncias tres carnis
 vitellinę, vel hedinaę, siue pullorum gallinarum
 paruorum, aut perdicis, aut sint duę merulaę vel
 turdi, vel sint quatuor aues nemorales, ex illis q̄
 capiuntur visco, & sint conditę iste carnes sine
 sale, siue lixa fuerint siue assa, & bibat aquam
 decoctionis secundę quantum sibi libet, &
 & quanuis non sitiat bibat, vt cibus admixtus
 cum dicta aqua efficiatur nutrimentum medici-
 nale, & sic quiescat per septem aut octo horas,
 post prandium. Et iterum accipiat cyathū vnū
 primę decoctionis calidę, vt supra, & cooperi-
 at se in lecto coopertorijs per duas horas & su-
 det si potest, & nihil comedat, & sic dormiat,
 q̄ si sitis adest tam in nocte quam in die, bibat
 aquam decoctionis secundę ad libitū & sic fa-
 cere oportet omni die, mane, & sero, vsq; ad vi-
 gesimum diem, & plus si virtus ægri tolerauerit,
 transactis viginti diebus si virtus ægri non
 sustinet cum vnica comestione inter diē & no-
 ctem, spargatur cibus & nō multū augmēterur,

sed dabis tres vncias panis in prandio, & duas
 carnis in sero, verum ad cœnam vnciam vnam
 et mediam panis vel duas, et vnciam vnam car
 nis, vel vnam & semi, & cœna sit per spatiũ ad
 minus quinque horarum post assumptionẽ de
 coctionis, in sero. Quidã tamen aliter etiã dant
 aquam, quoniã incipiunt dare prima die duos
 ciathos, & sc̃da tres, & tertia quatuor, & pro
 cedunt vsq; ad decem, omni mane vsque ad in
 tegram curam & percipiunt sudare in lecto, vt
 dictum est, & obseruant die etiã in alijs, sed hoc
 nõ debet fieri, nisi in robustissimo homine, quo
 niam ex nimio sudore fit maxima virtutis reso
 lutio. Sed modus sumendi decoctionem sit
 iste, vel ille, quoniam multos alios rationales
 possumus docere modos, semper tamen si possi
 bile est vinum dimittere oportet & nullo pa
 cto bibere, nisi aliqua complicata fuerit agri
 tudo cũ qua potus nimius aquæ esset vltimum
 nocumentum, vel quod non toleraret æger si
 sine potu vini, & in tali casu dandum est vinũ
 cum cibo, limphatũ cum secunda aqua, vt ego
 feci in quodam sene quẽ liberaui ab ista agri
 tudine per potum dictæ decoctionis, sed quo
 niam erat caceticus, quæ est præuia dispositio
 ad hydropisim, dabã vinum limphatũ cum aqua
 secundæ decoctionis quando comedebat tantũ

Nota

DE MORBO GALLICO

Nota tamē quod regula est mensuranda agris.
 Dico hoc ne aliquando decipiaris sunt enī mul-
 ti homines non tollerantes famē stomachi aut
 consuetudinis defectu, quare esto prudens &
 istis dabis plus de pane, & etiam carne, ut puta
 sex vncias panis & quatuor carnis. Et potes
 etiā aliquid nō valētibus sine cibo dormire da-
 re, aut aliqua alia de caussa, sine cibo in sero quie-
 scere, quoniam sunt multi qui ex fame in sinco-
 pin cadunt, & ideo istis in sero aliquid dabis,
 verbi gratia duos aut tres bolos panis & post
 bibant de secunda decoctione &c. Et sic vnum
 quenque secundum iudicium extimatiuum re-
 gulabis, quoniam in omnibus certa regula dari
 non potest. Semper tamen siue semel comederit
 siue bis in die, mane & sero accipiat decoctio-
 nem primā, ut dictum est supra ad minus vsq;
 ad quadragesimū diē, neq; dies aliqua sine poti-
 one dictæ decoctionis sit, & obseruetur regula
 in alijs, in regimine vniuersali dicta quoniā mul-
 ti qui male se habuerunt in coitu & in alijs. Et
 dimiserūt hoc medicamen ante p̄fectā mundi-
 ficationē membrorum & sanguinis ab ista ma-
 teria & ante perfectam epatis refectionem
 ad deteriore[m] dispositionē deuenerunt. Qua-
 re est necessarium procedere, & post sanationē
 etiamq; cognoscitur, per remotionem acciden-

512
 tium, & quod æger melius in dies se habet, &
 hoc per duos menses ad minus cum bono regi-
 mine in omnibus, & maxime in cibo & potu
 & in coitu, nam coitus in conualescentibus de-
 bilibus, est caussa deterioris recidiuationis, non
 solum in ista sed in omni ægritudine. Et hæc
 de modo assumptionis dictæ decoctionis, qui
 maxime est in vsu. Verū vt dicunt qui ad nos
 modum istum medendi asportauerunt, possu-
 mus etiam cum isto ligno aliter curare istam æ-
 gritudinem, & facere ex puluere subtilissimo,
 & bene p setonē cribellato electuarium, vt puta
 accipe, pulueris ligni indici subtilissimæ pulue-
 rizati liberam vnā, syrupi de fumo terræ. q. s.
 fiat electuarium de quo summatur ab. ʒ. ʒ. vsq̄
 ad. ʒ. i. mane in aurora & cooperiat se vt sudet,
 & in omnibus seruetur regimen vt in assumpti-
 one decoctionis, & sic in sero accipiat etiā ean-
 dem quantitatem & sudet, sed in potu sumat a-
 quam decoctionis, quando sitit, & potest etiam
 pro potu facere sic. ℞. pulueris ligni indici li-
 bram. i. aquæ fontis libras. xij. infundantur per
 diem & noctem, & postea buliant ad consump-
 tionem tertiæ partis & coletur vt supra dictum
 & serua lignū semel decoctū, p alia decoctio-
 ne, cum tantundē aquæ vt supra, & in reliquis
 seruabis ordinem supra scriptum, Potes etiam
 confi-

DE MORBO GALLICO

conficere pillulas ex dicto puluere, cum syrupo appropriato, vtputa si sunt dolores iuncturarum cum syrupo de sticados, quas pillulas dabis patienti mane, & vespere cum regimine dicto, quantitas sit ad minus. ʒ. iij. hoc idem dico de conficiendo electuarium, quoniam secundum diuersas dispositiones vltra syrupum de fumoterræ potes addere alios, vt si est vlcus cum syrupo de epithimo & cum alijs vt necessitas postulat, hoc etiam scito quod quando corpus est stipticum, debes vti clistere commune, vel istam met decoctinē, aut dare aliquod medicamen ex dictis aut aliquas pillulas semel in ebdomada, aliqui vero dant pro solutiuo. ʒ. iij. vel iij. & plus pulueris dicti ligni cum sua decoctione & est bonum. Nota quod possumus etiam per elambicum posito in ipso puluere dicti ligni extrahere aquam, & ipsam propinare eodem modo, quæ decoctio videlicet mane & sero, erit medicamen valde debile, tu vero compone diuersa medicamina cum isto, & serua ordinem comedendi, & bibendi & aliarum rerum in omnibus dictum vel propinquum dicto, dico hoc quoniam sunt qui sine carne dant decoctionē istam & p cibo panē bis coctum vncias quatuor semel in die porrigunt cū vncia vna passu.

passularum quod non est extra rationem, tu vero iudicio extimatiuo, scđm diuersas regiones & tempora potes variare cibaria non variata tamen qualitate, vel quantitate, & erit laudabile semper si ultra experimētū rationibus pcedes.

Cap. VII. in quo declaratur quod dicta subtilis & iam dicta sit conueniēs in hac ægritudine & alia necessaria ad curam

Primo
Quoniam in regimine vniuersali dictū est quod non debemus in ista ægritudine cum sit cronica subtiliare multum dietam, cibi & potus, & hoc docente Hypp. Et tamen hic supra dictū fuit, quod in cura per istam decoctionē oportet subtilissima vel saltem multū propinqua subtilissime dicta uti, vt ex dictis liquet, ex hoc non solum videtur contrarietas in sermone verum etiam antiquorum medicorum regularum destructio, nam extat regula Hypo. in multis locis libri aphorismorū, quod tenuis dicta in cronicis ægritudinibus a virtute non toleratur, estq; Galeni etiam dicentis oportet medicū habere duos oculos, dextrū ad virtutem, sinistrum ad ægritudinem, & Auicenna dixit oportet ad id quod magis suspectū est recurre, & est virtus. Et mille sunt auctoritates, quæ propter dicūt aduersarij quod iste modus cure in ista

DE MORBO GALLICO

69

Galieno

in ista parte saltem est irregularis, quare vt veritas clari⁹ appareat. Nota in primis quod aduersantes bene dicunt sed male applicant postea dicta auctorū in actu pratico & hoc quoniā ista non est vltima neq; multum tenuis diecta, qui enim bibunt istam decoctionem sumunt in die libram vnam aquæ decoctionis primæ, quæ aqua est spissa corpulenta & similatur quando lignū est bonum, sero latis a quo non extractū fuit butyrum neq; partes ille casei, quæ remanent, quare cum sit ista potio est nutritiua, & facilis digestionis propter suam subtilitatem. Et potius dicenda est medicina cibalis quam aliter, deinde isti bibunt per diem & noctē de se cūda decoctione ad libitum, quæ et si non sit ita pinguis, est tamen corpulenta, & nutritiua &c. & hoc docet experientia, neq; propter hoc dico quod diecta non sit mediocris, quam diectā laudant medici, nam Galenus in commento secundo quartæ particulæ aphorismorū dixit qd abstinentia totum corpus equaliter purgat, & in prima particula aphorismorū cōmēto nono dixit taliter diectandus est infirmus vt virtus cōseruetur, & non nutriatur morbus, & in alio loco infirmis non debet virtus augeri sed cōseruari, sed diecta mediocris cōseruat virtutem & tu adde quod cum medicamen istud sit leue & pau-

& paulatine per venas transiēs, rectificat, resolu-
 uit & omnes dictas operationes facit, quare si
 multa quantitas cibi cum dicta decoctione ad-
 misceretur extingueretur eius vis, & sic, aut
 multum debiliter operaretur, aut nihil & multa
 alia dicenda sunt, quæ omnia si quis recte inspi-
 ciat, nihil contra dicta prius vel antiquorū sunt.
 igitur considerata virtute & alijs audacter dic-
etabis. Nota etiam quoniā propter sudoris aut
 vrinæ a dicta potione emissionē sæpe fit consti-
 patio ventris, quam rem secundum maiore partē
 non timent medici, sed bene succurrunt dando
 (quando constipatio vētris accidit) pillulas de
 fumo terræ vel aggregatiuas, & de alijs secun-
 dum quod necessitas exiget, vel cū electuarijs
 dictis, puta cum electuario lenitiuo, de sebestē,
 de dactylis & reliquis vt dictum fuit in cura p
 pharmatiā nam ibi virtutes eorum scripsi, vt re-
 cte secundum oportunitatem ipsis vti possis,
 potes etiam cum clisteri communi & alijs, vel
 cū ista met decoctione facere clistere vt in alio
 cap. dixi & sic lenire ventrem vel cum puluere
 dicti ligni mouere ventrem sumendo vt supra
 dando. 3. iiii. aut. 3. iiii. cum dicta decoctione vel
 parum brodijs dissoluta, & hoc fiat in mane, per
 quinque horas ante prandium, & in die quo acci-
 pitur pharmacum solutiuum aqua primæ deco-
 ctionis

7/10 p. 100
 200/100

DE MORBO GALLICO

tionis non debet sumi, bene sumatur in sero.
Et sic oportet procedere vsquequo signa perfecta cura appareant, sed communiter hoc fit in quadraginta diebus & plus, vt dictum est, si ægritudo est antiqua, aut virtus debilis. Quod si aliquando ægrum cito restaurare sine cibo vis, potus cito restaurat, sed citissime boni odores restaurant, & hoc affirmat Galenus secundo aphorismorum commento. xj.

Ca. VIII. in quo declaratur quod uirtus ligni est illa quæ sanat & non abstinentia cibi, et docet perficere curam tam in accidentibus quàm in alijs.

Multi qui ad pauca respiciunt ausi sunt dicere, quod sanitas quæ sequitur per potionem dictam non est ab ipsa uirtute ligni, sed a tenuitate dietæ, qui & si sine ratione & experimento hoc dicant, non tamen sine autoritatibus antiquorum, vna quarum est Galeniam dicta quarto Aphorismo. commento. ij. quia inquit ibi abstinentia totum corpus equaliter purgat, & confirmatur hoc autoritatibus alijs quibus plurimis, Auerrois collegit septimo cap. .j. dicit, Abstinentia est species euacuationis & multæ aliæ sunt autoritates, quare ne in istis
nimis

nimis sit prolixus sermo. Sciendum est, quod et
 si die et a equaliter corpus purget, nō tamē om-
 nes humores corporis purgat, vt bene declarat
 Auerrois loco allegato, quoniam vnusquisq;
 humor per propriam viam euacuatur, & per
 propria medicamina, non enim quodlibet agit
 in quodlibet &c. Immo dico quod nimia tole-
 rantia cibi, sola est mala, quoniam exterminat
 virtutem, & auget materias frigidas, quæ est ba-
 sis istius ægitudinis, Sed q̄ opus est rationibus.
 nonne ego pluries hoc expertus sum, videlicet
 regere patientes morbum gallicum subtilissima
 die et a per mensem & per duos menses, & ab-
 stinui multos a vino, & tamen potius deterius
 se habuerunt quam melius. Virtus igitur ligni
 sanat cum cibarijs admixta, quoniam assidua
 dicta decoctionis assumptio paulatine massam
 sanguineam rectificat & chilum, ex quo sangui-
 ne ita rectificato & per venas transeūte habet
 infectum rectificare, & superfluitates expellere
 & alia facere, vt dixi, quare, &c. Trāsa et a ergo
 quadragesima die vel plus in ægitudine anti-
 qua vt dictum est, & æger non amplius biberit
 decoctionem istam vel si etiam biberit, inci-
 piat paulatine grossius die et a, id est, cum
 maiori quantitate carnis, & panis, sumatq; ouū
 forbile & bibat vinum pauciferum limphatum
 aqua

DE MORBO GALLICO

aqua cocta simplici vel cum re aliqua conforta
 tiua stomachi, vt sunt coriandri, & sic paulatim
 procedat indies & reuertat, ad naturalē vsu,
 dico hoc quoniam si prima dies post tempus
 potionis, comederet quantitatem magnam cibi
 & biberet, sequeretur omnino nocuentū pro
 pter duo, vnum quorum est debilitas stomachi
 secundum quoniam natura non tollat repenti
 nas mutationes vt dicit Aristoteles. Et quoniā
 hanc aegritudinem patientes nō omnes semper
 manent in lecto, sed maior pars ambulat, vt ex
 ercerentur, & ideo dum bibunt istam decoctio
 nem si non possunt manere in lecto, stent in
 camera, ambulent vel sedeant, postq̄ per tres
 horas sumpserunt decoctionē, neq; oportet mul
 tū corpus laborando defatigare, sed ludat ludis
 domesticis, & gaudeat cum amicis & in die nō
 dormiat nisi nocte propter dolores vel aliq̄d
 aliud non dormierit. Conceditur etiam somnus
 diurnus ad prouocandum sudorē, vel si habe
 ret stomachum debilem, ad reuocandum calori
 rem post cibū, sed non sit nimis longus, & hæc
 satis de regula vniuersali. Pustulæ vero, dolo
 res, apostemata, et vlcera, vngantur circum spu
 ma dictæ decoctionis primæ, nā confortat mē
 bra, digerit materiam, & rectificat, & spuma sit
 calida, vnganturq; bis aut ter in die etiam loca

dolorosa quoniam mitigat dolorem: verum quia
 medicus est adiutor naturæ, si aliquando est vl-
 cus cū corrosione alteratione vel corruptione
 ossis procurandum est partē corruptam remo-
 uere cum instrumentis optimis: videlicet scale-
 pro vel fricatorio: si corruptio fuerit superficia-
 lis, vel cum melle rosato si tantūmodo esset mi-
 nima alteratio vel denigratio. Hoc idem etiam
 in sanandis vlceribus fiat: nam sæpe vlcera sunt
 mala non obedientia plena gumis siue duricie-
 bus albis, quæ dum corrumpuntur, partes sanas
 etiam corrumpunt, & ideo procurandum est de
 abstractione & mundificatione cum instrumen-
 tis siue vnguentis appropriatis de quibus dicā
 in cura particularium accidentiū vbi de vlceri-
 bus & vnguentis dicam, & ibi docebo modū
 succurrendi omnibus accidētibus, videlicet: pu-
 stulis, doloribus, apostematibus, & vlceribus.
 Et scribam etiam de confortatione post curam
 perfectam. Expediit tamen post sanationē per
 quindecim aut plures dies confortare stomachū
 puta cum aromatico rosato, vel aliquo alio.
 Postea sumere pillulas secundū accidentia præ-
 terita, vel aliquod electuarium cum syrupis di-
 gestiuis sicut videbitur prudenti medico. Et sic
 ego multos sanavi per istam decoctionem, &
 vlcera aliquando cum vnguentis in cura per
 vincti

*facimus
 bonum*

colob

DE MORBO GALLICO

unctionem dictis, & aliquando cum spuma curavi: immo post assumptionem dietæ decoctionis per aliquos dies, quoniam non fuerunt ex toto a materia ista mundati cum unctionibus iuncturarum processu & sanati fuerunt, quare tuum erit cum sis medicus secundum necessitatem omnia moderare cum temperamento & ratione, & hæc sufficiant.

Cap. I. Quarti tractatus est Prohemium in quo declaratur quod unctiones iuncturarum in quibus argentum uiuum ingreditur rationaliter sunt patientibus morbum gallicum, & completio argenti uiui calida ostenditur, omniaq; argumenta resoluuntur.

His visis tempus est ad aliam sanandi hæc ægritudinem viam descendere, quæ & si multis ingrata sit, profecto si cum obseruatione ipsa & conditionibus dicendis quis utatur, est infallibilis, & securissima via sanandi hæc ægritudinē. Et est cū iuncturarū unctionibus, in quibus argentū uiuū ingreditur, quæ unctiones, siue unctiones non sunt (vt multi credunt) a modernis et

Guillemus Empe

Empericis inuēta, sed ab antiquis in suis libris scripta, & laudata, & nos posteri secundū etiā necessitatem, aliquid addēdo, & alia consimilia cōficiendo ipsa extollimus, & laudamus, quoniam niam virtutes ipsorum sunt laudibus dignæ, in ista vltima & parua egritudine. Neq; audiendi sunt qui dicunt (qa vnguēta ista nocent neruis) ideo non debemus cū ipsis procedere & ægros vngere. Et ratio est, quoniam ipsi forte non sciunt quod in vnoquoq; medicamine hoc principale attendendum est (quoniā medicamen melius non inuenitur.) An sit maius nocumentū iuuamento, quod si iuuamentum fuerit maius, debemus procedere, & applicare medicamen, factis aliquibus correctiuis, & preparationibus, ad expellendum nocumentum, vt faciunt boni doctores in istis vnguentis, in quibus ponūtur correctoria, vt est axungia, teriaca in aliquo, & ponitur stichas in aliquo, vel salvia, & in aliquo oleum de vnipero, vel de terebinthina, & de alijs, quæ omnia confortant neruos, & extinguunt malignitatem argenti viui, & vt breuiter expectiam, apud omnes medentes est & recitatur a Gentile in expositiōe quinti canonis, q̄ medicina quarti gradus efficitur secūdigradus per admixtionē aliarum medicinarum remittitur etiā malignitas venenosa p̄ sua bedoar quæ sunt sic

DE MORBO GALLICO

sunt sibi contraria. Quare quū a doctoribus di-
 uersa ponantur ad extinguendam malignitatē
 argenti viui, diuersa essent dicenda, sed quum
 hoc de facto rationales practicanes faciant, &
 succurendo, si aliquod vident nocumentū ab
 istis vnctionibus, dicendū est quod nullum est
 in applicando conueniens, & quoniam maius
 est iuuamentū nocumento, ideo recte procedi-
 mus cum istis correctis, vsq; quo aliquis melius
 inueniat. Alij vero aliter improbant istam viā,
 & dicunt quod est fortis, & quod cum vnctio-
 nibus istis sequuntur mala accidentia, & vlcera-
 ones oris, & gingiuarum cum fluxu continuo
 materiae phlegmaticae die noctuque fluentis, &
 ob hoc sequitur vigilia laboriosa & impoten-
 tia comedendi, dolores maxillarum & alia, vt
 sunt fluxus ventris, paralysis &c. quare quum
 ista sint accidentia & ægrotudines malae, nō de-
 bet medicus sanitatem istius ægrotudinis cum
 introductione istarum malarum dispositionum
 querere, quibus facile respondeo, dixit namq;
 Hippocr. quod ad vltimas ægrotudines vltimae
 curationes sunt potentes & quamuis Galenus
 in commento, de dieta exposuerit, & in alio lo-
 co de phlobotomia, tamen aphorismus amplia-
 tur ad alias ægrotudines, vtputa ad vlcera ma-
 ligna cū corruptione ossis, procedimus cauterio

actuali, quod est fortissimū medicamen. Quis
 enim ignorat combustionem ignis esse corpori
 humano crudelissimū medicamē, tamē oēs me-
 dici iubent procedere cū ipso, ita quod princī-
 pes quarta primi laudes cauterij eminentes di-
 xerit. Inquit, cauteriū est medicamen valde no-
 bile &c. Et phlebotomia nōne fit p̄ incisionem
 venarū, & purgatio cum elleboro, scāmōnia, &
 elaterio, quæ nocēt stomacho, & alijs membris
 Quare sæpe medici etiā curant ægritudinē vnā
 introducendo aliam, vt paralytim, introducēdo
 febrē & scabiē malam, cū euacuatione vsq; ad
 dysenteriā, postea curant febrem, & sanāt dysen-
 teriā: sic non sine ratione & auctoritate faciunt
 q̄ vtuntur vn̄ctionibus, facta euacuatione sensi-
 bili vel insensibili illius materiæ ultimæ in mā-
 lignitate, sanāt postea vlcera oris & succurrunt
 alijs accidentibus secundū necessitatē, & cum
 iste vel cum similis processus fiat, in alijs nō est
 malum etiā ista facere. Sunt etiā dicentes, q̄ cu-
 ra non est vera cum non sit per contrarium, im-
 mo cū istis vnguentis fit potius constipatio, &
 quædā stupefactio. Et dicunt auctoritate Aui-
 secundo canonis, quod argentū viuum est frigi-
 dæ complexionis, & ad confirmandum, addu-
 cunt exemplum de simia mortua ex assumptio-
 ne argenti viui, & de quodam aromatario qui
 credens

DE MORBO GALLICO

credens potare aquam, casu argentum viuum
 bibit, & sic mortuus est: quæ res non est credibi-
 lis cum sit ponderosum, & non potabile &c.
 quibus apertis siue anatomizatis, inuenta fuit
 prope cor maxima quantitas sanguinis coagu-
 lati, quare dicunt hoc a frigiditate argenti viui
 prouenire, & confirmant istam non esse veram
 curâ, quia ex eius fumo sequuntur, paralysis, &
 aliæ agridudines frigidæ &c. Quibus respon-
 deo dimisso Conciliatore differentia. clj. Et di-
 co quod argentum viuum est calidæ & humidæ
 cõplexionis, vt bene notauit doctissimus Plate-
 arius in suo de simplicibus, & hoc confirmant
 verba Aliabbatis secundo ca. xxxviiij. & Ra-
 sis tertio ad Almonforem ca. xxxiiiij. & Galeni
 libro quarto de simplicibus dicentis, q̄ virtus
 argenti viui est calida (quæ in nono de simpli-
 cibus fatetur se nullam habere experienciã) hoc
 idē attestantur operationes & virtutes quas po-
 nit Auic. dicens, quod est subtiliatiuũ, nam sub-
 tiliatio fit a calido, neq̄ propter hoc negarem
 diuersitates partium, quoniam vt dixi, in tracta-
 tu de ligno indico auctoritate Galeni, vna me-
 dicina singularis cū sit ex quatuor elemētis, ha-
 bet plures partes a quibus diuersi prodeunt effe-
 ctus, Neq̄ verba Auic. q̄ fuit tantus vir in me-
 dicina superficialiter intelligēda sunt, q̄a cū dixit

quod est frigida complexionis: oportet intelligere quod operationes causant effectus frigiditatis, & ultimo infrigidat, & est resoluendo spiritus, & sic reddit corpus infrigidatum, quonia sua caliditate subtili penetratiua, & eliquatiua, habet dissoluere membra quae sunt subiecta detinentia sanguinem. Et sic fit inanitio spirituum, & mollificatio neruorum, & sanguis redditur frigidus, & ita coagulatus fuit in simia, & aromatario concessa potatione argenti viui, quia sua caliditate nimium resoluit, & sanguis ita exinanitus conuersus ad principale membrum intentione naturae, quarebat forte calefieri a corde, et sic fuit facta suffocatio forte residui caloris, vel etiam a malignitate specifica ipsius argenti, ad intra occidente, quare &c. Quod cum sit ita, boni medici qui administrant argentum viuū in ista cura corrigunt cum temperatis, vt est axungia, oleum liliorum cum salvia, libano, mirra, & teriaca, vt dictum est, & paulatim applicant iuncturis tantum, vt puta semel in die, & quantitas est parua, quia duae vnciae vnguenti sufficiunt vngere pro vice in quibus non sunt 3. iij. argenti viui. Ex his patet responsio breuis ad hoc. Nocuum est, vt dixi, est minimū quod, & iuuamentum est maximū, & eius virtus est calida vt dictum est, & ideo non reprimat: sed
dige

DE MORBO GALLICO

digerit & euacuat causam ægritudinis, sensibili-
 liter sæpe, vt apparet, & aliquando insensibili-
 ter, quæ causa est materia illa viscosa, quod si a
 medicamine isto aliquod nocumentum impri-
 mitur, natura & medicus prudens corrigit, &
 confortat membra &c. Et ad omnes istas rati-
 ones adde, quod non semper res, quæ nocēt cor-
 pori siue membro sano, nocent etiam ægro, vt
 quotidiana experientia testatur in febrilibus
 & in ægritudine particulari: verbi gratia, Ery-
 sipelati frigida conferunt, quæ sunt notabiliter
 frigida & sanat, tamen frigida nocent, & dedu-
 cunt corpus sanum, & membrum extra tempe-
 ramentum proprium. Quare applicando dico
 quod si argentum viuum nocet corporibus sa-
 nis, vel neruis nocumento magno, non tamen
 nocet quando sunt infecti infectione ista. Et si
 aliquid nocet, magis & magnifice iuuat, & no-
 cumenta sunt corrigibilia, vt experientia patet.
 Multaq; alia possem adducere de causis cõpo-
 sitionis medicinæ, sed quia sunt nota medicis
 dimitto. Et summatim reuertendo dico, si qs
 habuerit ægrum patientem morbum istum, siue
 nouum, siue antiquum, secure procedat vncti-
 onibus infra dicendis, obseruato regimine in-
 fra scribendo, & dicto in sex rebus non natu-
 ralibus.

Cap. II. De regimine quo uti oportet in

illis, qui per unctiōes sanantur, et

De modo administrationis ip

sarum unctiōnū in quacuncq;

morbi Gallici dispositione

IN primis corpus medicationibus conueniē-
tibus euacuare oportet, ut puta si ægritudo
est noua, & eger multas habuerit pustulas, &
paucos dolores, digeratur materia uerbi gratia
syrupo de Endiuiā, de lupulis, & de fumo terre
& aquæ quibus limphentur sint, aquæ endiuiæ
scabiosæ, lupilorum uel solatri, aut alijs dictis.
Sed si ægritudo fuerit antiqua & dolorosa, apo-
stematibus, siue ulceribus, digeratur syrupo uer-
bi gratia, de fumo terræ, de stichade melle rosa-
to, ana. ʒ. ʒ. uel alijs syrupis iā dictis, & limphē-
tur aquis fumiterræ, yuæ artericæ añ. ʒ. j. uel de
coctione epithimi Mesug, uel decoctione no-
stra, uel de sena, & sic digeratur per aliquos die-
es, puta quinq; uel sex, sumendo in aurora, & si
quæratatur reprimere materiā, propter dolorē ca-
pitis,umat ipsum post cœnā per tres aut qua-
tuor horas. Et facta aliquali digestionē, pur-
getur pharmaco lenitiuo aliquali electione, ad
materiam dominantem, ut in ægritudine noua
electuario lenitiuo, de sebesten ana. ʒ. vj. cōfecti-
one hamech. ʒ. ij. uel plus secundū necessitatē in
firmi,

DE MORBO GALLICO

firmi, et fiat bolus saccharo, vel potio aquis dietis, vel decoctionibus. Aut dentur pilulæ fumiterræ, & aggregatiuæ ana. ℥.ij.ʒ.ʒ. vel minus secundum indigentiam, & fiant quinque, quæ euacuationes sumantur in aurora, nisi sit aliqua particularis intentio aut aliqd impediens, vt febris principium, vel aliud, & in tali casu eligant horam magis quietam, & cibus sit ad minus per quinque horas post, tam in digestionem quàm in euacuationem, Et semper adde & minue, secundum diuersitatem ægritudinis in accidentibus & complicationibus &c. Quod si ægritudo fuerit antiqua cum doloribus & reliquis, euacuabis aliquo ex dietis, puta lenitiuo, addito electuario de psilio Montagnanæ, vel agario præparato, & de alijs, quorum virtutes dictæ sunt. Et facta prima euacuatione si æger est fortis cum alijs condicionibus in capite de phlebotomia dictis phlebotoma eum a vena basilica ad quantitatem conuenientem, mane nisi sit aliqua res impediens, factaque phlebotomia, iterum digendendo syrupis appropriatis procede, & iterum pharmaco benedicto euacua quod sit electiuum.

Et si fuerint pustulæ appone ventosas scarificatas super spatulas, nates, & alia membra, vbi plus sunt de pustulis, & reitera ipsas, bis vel

NICOL. MASSA

bis vel ter secundum necessitatem, & iudicium
 ex plenitudine sumptum & etiam ex multitudi-
 ne pustularum, interponaturq; inter vnam &
 aliam applicationem, spatium quatuor aut quin-
 que dierum, & sumat quotidie digestiuum, vacu-
 antiaq; reiterentur, siue sint potiones siue pilule
 Et facta diligenti, ac canonica euacuatione mi-
 noratiua, residuum materiae remanentis digera-
 tur vnctionibus infra scribendis. Vt natura ad-
 iuta residuum possit per os (vt in pluribus con-
 tigit) vel per secessum, aut per sudorem, vel per
 vrinam, aut insensibilem euacuationem (vt sepe
 vidi) euacuare & expellere. Et hoc fiat verbi
 gratia cum isto vnguento vel cum alio eiusdem
 virtutis. R. axungiae porcinae libram vnam, pin-
 guis gallinae. ℥. iij. olei liliorum alborum. ℥. i. ꝑ.
 mercurij. ℥. v. & plus si oportet, libani, mastiches
 puluerizatae saluia, stichados, lithargiri, cerulae
 ana. ℥. i. aquae vitae. ℥. ij. misce, & in mortario la-
 pideo tam diu ducantur, donec ad perfectam for-
 mam vnguenti reddantur &c. Modus autem
 istius compositionis est iste: In primis axungiae
 non sint ad ignem colatae, sed a pelliculis emun-
 datae, & per setarium eo modo, quo extrahitur
 flos cassiae colatae, postea pone argentum viuū
 in mortario cum dicta axungia, & ducantur pi-
 stillo. Et iste erit modus mortificandi & incor-
 poran

DE MORBO GALLICO

porandi argentum viuum, quibus incorporatis addantur aliæ res, successiue tamen semper cum pistillo ducantur vsq; ad perfectam omnium rerum dictarum (vt dictum est) admixtionem, & dimittatur per duos dies vt fermētetur, vel plus. Postea æger, vt supra purgationibus purgatus, vngat suas ipsius, si potest, iuncturas, post cœnam per tres horas, & sit ante focum, & cubile sit clausum, & incipiat a iuncturis cauillarū pedum, postea ad genua deueniat, deinde cubitos vnguat, postremo iuncturas manuum. Et si vitus est fortis, & ægritudo magna, vnge etiã iuncturas inguinum, ancharum, & spatularum. Postea iuncturæ stupa cannabina calida cooperiantur, & ligentur, & ingrediatur lectum cooperiaturq; cooperitorijs, vt sudet per duas horas quod si per sudorem nimiam patiatur laxitudinem, detur cyathus vnus iuris gallinæ, vel carnis. Et sic procedere oportet, vnguendo singulo sero, vsquequo medicus videat exitum manifestum materiæ phlegmaticæ ab ore, aut fluxum ventris notabilem, vel sudorem, & vltra hoc videat diminutionem manifestam, si sunt pustulæ pustularum, & si sunt dolores, dolorum mitigationem, & si apostemata, resolutionem ipsorum & si vlcera, digestionem, mundificationem, incarnationem, & cicatrizationem. Et quoniã sæpissime

pissime accidit quod in aliquibus nullus appa-
 ret fluxus materiei ab ore, neq; aliqua vlceratio
 siue dolor dentium, neq; fluxus ventris, aut ali-
 quod signum euacuationis manifesta, & cum
 ægritudo sit materialis quæ sanatur euacuatione
 dubitat medicus, nesciens se regulare, de quan-
 titate vnctionis, & dierum numero quæ sint suf-
 ficientes in cura, vt sanetur æger. Et ego mul-
 tos annos in hac ambiguitate fui, vsq; quo cog-
 noui, quod in istis vngendo procedere oportet
 vsq; ad aliquam manifestam pustularū, dolorū,
 apostematū, & vlcerum sanationē, & virtutis
 tolerantiam, quod signum est mihi infallibile et
 maxime quando accidunt laxitudines quedam
 syncopales, vltra dicta, & tunc est indicium qd
 virtus agit circa materiam, siue humiditatem bo-
 nam, in qua reseruatur calor naturalis, cum hoc
 apparet, dimitte vnctiones, & conforta virtutē
 cum cibarijs bonis, vt sunt oua sorbilia, contur-
 sum ex pulpis gallinarum, & caponum, & cum
 vino aromatico, & alijs bene nutrientibus. Et
 ita ego multos sanauī, qui ab alijs sæpe inuncti,
 non fuerunt sanati, eo qd nullam alterationem
 oris cum euacuatione faciebant vnctiones ip-
 sæ, & medentes non cognoscebant, quando p-
 perfecta erat eradicatio materię, quæ quoniā non
 fuerat eradicata, iterum morbus deterior priore
 recidit

DE MORBO GALLICO

recidiuabat. Sed vt melius me intelligas, ego procedo in istis cū vnctione vsq; ad lassitudinem diſtam semisincopalē. Sanauī inter alios vnum (q; a pluribus iā inunctus & nō sanatus) quē per triginta septē dies inunxi, & liberatus fuit, & nunq̄ recidiuauit, et ab oībus incurabilis dicebatur, & sanus adhuc viuīt, & multos alios vt dixi, signumq; fuit mihi vt supra. Quare dico q; nō potest dari certa regula de numero dierum vnctionis, & quantitate: sed oportet procedere secundū fortitudinē patientis cū iudicio bono æſtimatiuo. Sanauī etiā multos marasmos debiles cū ægritudine magna per plures reiterationes vnctionū, & vngebam per quatuor dies omni sero, deinde dimittebam ipsos p̄ hebdomadā q̄ſcere sine vnctione, sed bono regimine & postea iterū vngebā p̄ quinq; dies ī sero scdm̄ eorū virtutes, iterūq; dimittebā q̄ſcere, & sic sanitati restituti sunt. Vidi etiā in aliquo virtutem debilē, et dolores acutissimos indigentes maxia vnctione, & feci vn gere p̄. iiii. aut. v. dies, vsq; quo dolores fuerūt mitigati, postea p̄ mēsem feci ipsum bonis cibarijs nutrire, & iterū inūxi p̄ multos dies, & sic sanatus fuit. Tuum ergo erit secundū ægritudinē & virtutē cum istis mitius, & fortius vn gere cōtinue & interpolatim, caue tñ ne pectoris partes inūgas, vt docet Aui. &c.

Eger

Eger tamen bonis cibarijs semper nutriatur, & vino optimo, non vinoso: sed mediocri, & inter prandium & cenam da scutellam brodij, semperque attende virtuti, & ægritudini, & omnino a ventis & ab aere frigido absteineat, lateturque. Et quando apparet fluxus humiditatum manifestus ab ore cum dolore & inflatione gingivarum, & accidentia morbi remittuntur, ab vincti-
onibus cessare oportet, & remouere stupas cooperientes iuncturas. Neque lauare oportet loca iuncta, nisi ex nimia resolutione egro sincopis accidat, aut subita & magna oris vlceratio præfocatiua, vel fluxus ventris cum excoriatione intestinorum, vel aliquod aliud accidens, quæ si accidunt remoue vnguenta & stupas, quod si ex toto quæris abscindere virtutem vnguenti ne ultra procedat, iuncturas lauabis, locaque alia quæ dicto vnguento illita fuerunt, cum vino calido simplici, vel in quo chamemelum ebullire feceris, aut saluiam, et de alijs, succurreque accidentibus cum remedijs infra scriptis.

Cap. III. In quo ponuntur diuersæ descriptiones unguentorum, cum uirtutibus mirabilibus suis, & modo suæ operationis.

DE MORBO GALLICO

Quonia multa sunt vnguenta & diuersa secundum diuersitatem accidentiū in tali ægritudine, ideo vtilissimū fore iudico, si descriptiones diuersas dictorū vnguentorum, cum suis virtutibus scripsero. Et primo vnguentum ad scabiem domini Mesuæ in suo antidotario, distinctiōe vndecima, quod cōfert scabiei malæ, & pustulis morbi gallici, si factis purgationibus, & alijs dietis, iuncturæ vngantur ipso, in sero, per aliquot dies vsq; quo appareāt signa dicta, quo aliquando vsus sum, cuius hæc est descriptio. ℞. olei laurini. ʒ. iij. thuris albi ceræ mundæ, añ. ʒ. ij. argenti viui mortificati cū salua. ʒ. ij. pinguedinis porcine mundæ a suis pelliculis. ʒ. v. salis communis. ʒ. viij. succi plantaginis, & fumiterræ ad libitū, misce & fiat vnguentum. Aliud vnguentum quod dicitur saracenicum in cura scabiei in additionibus dñi Arnoldi de villa noua descriptum, & ab antiquis etiā sanat scabiē malā, & cancrū, & pustulas morbi gallici, dolores, apostemata, & vlcera mala, educendo malam phlegmaticā, & curat etiam leprosos in principio, & confortat arthetica, & podagræ a materia grossa, descriptio cuius est ista. ℞. salis nitri, salis puri, plumbi vsti euphorbij añ. ʒ. ij. panici marini cameleuntis nigri. añ. ʒ. i. ʒ. cerussæ, argenti viui añ. ʒ. ij. cōfice

Hæc axungia

unguia veteri & oleo antiquo, & post addatur puluis & fiat vnguentū, & modus administrationis est iste. Sedeat infirmus inter duos ignes, & inūgatur a genibus inferius vsq; ad pedes, & supra genua p̄ tres digitos, caueatq; a frigiditate. Et cū phlegma incipit dissolui, recedat ab vnctionibus, & si p̄ multa sputa & nimiam asperitatē dolor in gutture & ore sentiat, lauetur os aqua ordeii simplici & in processu cum melle rosato. Possem & multa alia vngueta (in libris antiquorum scripta) hic etiā scribere, sed ne sermo nimis sit tediosus, vide Auic. & alios antiquos, de cura scabiei, quoniā multa ponuntur ab ipsis. Ista duo ab antiquis scripta posui, vt sint testimonia dictorū meorū, videlicet: q̄ ista vngueta nō sunt ab Empericis inuenta, vt multi credunt, neq; modus vtendi ipsis cum ex dictis iā apparet etiā, q̄ antiqui anteq̄ ad nos venisset morbus iste, vngebāt etiā ipsi iūcturas ex qua vnctione fluxus materiae phlegmaticę p̄ hos eueniebat &c. Sed quoniā vnusquisq; sua libētius vtitur claua, ideo multa vngueta a modernis vsitata, & probata infra annotare decreui. Et primū vnguentū meū a me benedictum, cōpletū dictum in ista ægritudine, qđ sanat pustulas morbi gallici, doloresq; et resoluit apostemata dura, siue grumos, & vlcera mala sanat, si

DE MORBO GALLICO

eo vngantur iunctura, & pustulae vt dictū est
 supra. Esto tamen memor documentorū Auic.
 de scabie & pruritu, q̄ elongare oportet a par-
 tibus pectoris & stomachi, cuius vnguenti ista
 est descriptio. & axungie porcinae mūdātae suis
 pelliculis, & p̄ fetariū collatae sine igne, libras
 .ij. argenti viui librā. i. libiani. ʒ. iij. cerussae. ʒ.
 .ij. lithargiri. ʒ. j. misce & fiat vngentū in mor-
 tario lapideo, extinguendo imprimis argentum
 viū cū axūgia, postea adde reliqua sp̄ pistillo
 bene agitando. Et apud me istud vngentū est
 materia, siue instrumentū omniū curationū, qm̄
 ego addo in ipsum diuersas medicinas, secun-
 dum diuersitatē ægritudinis & patientis, verbi
 gratia, Si ægritudo est cū tumoribus, addo pin-
 guedinē gallinae, vel anatis, vel anseris, & q̄nc̄
 oēs, & aliquando vnā, quoniā istae multum sua
 caliditate & humiditate resoluūt duricies & tu-
 mores, confortantq̄ mēbra lesa, Et aliquando
 si cum tumoribus sunt dolores, in ipso oleum
 de lilio, de terebintina, de bacis lauri pono, &
 vnum ipsorum vel plura, Ponoque ad vigoran-
 dam eius operationem, vbi virtus est fortis, &
 ægritudo maligna (si patiens non alteratur a le-
 ui vnctiōe) plus de c̄ntitate argenti viui, et ad-
 do ac̄m vitæ, & saluiam, & stichada, et teriacā p̄

correctiuus, siue mirrhā & masticheni, & in istis
 procedo vnguendo etiā iuncturas spatularum
 & anchorum vt dixi supra, q̄ si timeo excoria-
 tionem, a virtute calida corosiuua argenti viui,
 corrigo vnguentum lithargiro, & cerusa, vt in
 vnguentorum cōpositionibus vides. Et sic isto
 vnguento diuersis rebus in ipsis additis, diuer-
 sificatā in suis accidentibus, ægritudinē remo-
 ueo. Aliud vnguentū sanans morbum gallicū
 cum pustulis, doloribus, apostematibus, & vl-
 ceribus, iuncturis insero inūctis ipso ad ignem
 ℞. axungia porcinae. ʒ. vj. anatis. ʒ. iij. gallinae. ʒ.
 ij. olei rosati, liliorū alborum ana. ʒ. i. argenti vi-
 ui. ʒ. v. lithargiri aurei, libani añ. ʒ. i. mirrhæ. ʒ. ʒ.
 misce & fiat vnguentū in mortario lapideo vt
 dictum est supra. Aliud eiusdem virtutis, & in-
 tentionis. ℞. axungia porcinae libram. i. ʒ. mer-
 curij. ʒ. viij. olei laurini. ʒ. i. teriacæ mastiches
 libani mirrhæ añ. ʒ. i. succi fumiter. ʒ. i. ʒ. lithar-
 giri, cerussæ añ. ʒ. ij. misce et fiat vnguentum in
 mortario vt sup. Aliud eiusdē virtutis. ℞. axun-
 giæ porcinae. ʒ. iij. argenti viui. ʒ. ij. libani. ʒ. i.
 olei de iunipero. ʒ. x. aque vitę. ʒ. i. misce & fiat
 vnguentū in mortario vt supra. Aliud eiusdē
 virtutis. ℞. axūgiæ porcinae, gallinae, anatis, ana.
 ʒ. vj. olei liliorum alborum, rosati, laurini, ana. ʒ.
 ʒ. libani, mastiches, mirrhæ, ana. ʒ. ʒ. saluix, stic-
 chados

DE MORBO GALLICO

chados añ. 3. vij. lithargiri aurei. ʒ. i. vnguenti
 dialtheę. ʒ. ij. aque vitę. ʒ. j. misce & fiat vngue
 tū vt supra, & istud valet quando tumores sunt
 antiqui, sclerotici, si vltra vnctionem iunctura
 rum, tumores etiam vngas, & stupa cooperias
 cannabina vt dictum est. Aliud eiusdem vir
 tutis pro diuitibus & delicatis & est odoriferū
 R. maceros. cinamomi, gariophyllorū añ. 3. iij.
 grana paradisi. ʒ. iij. rosarum rubiorū corticum
 citri añ. 3. v. muscatas nuces numero. iij. contū
 dantur oīa, & infundantur in aqua fontis per
 diē naturalem, postea in dicta aqua pone libras
 v. axungię porcine recentis, & bulliant ad con
 sumptionem aquę, & coletur, deinde. R. dictę
 axungię sic bulitę lib. ij. argenti viui. ʒ. vij. liba
 ni. ʒ. ij. cerussa, lithargiri añ. ʒ. j. ʒ. stichados, mir
 rha añ. ʒ. ʒ. & in fine moschi resoluti in oleo ro
 sato. ʒ. ʒ. & sp miscēdo fiat vnguentū in morta
 rio vt supra, & est odoriferū & mirabilis opati
 onis. Possem multa plura, & non pbata, hic scri
 bere vnguēta q̄ oīa essent eiusdē intentionis cū
 istis ne ergo sermo noster nugatorius sit, dimit
 tātur. Medentesq; admoneo quod tota materia
 essentialis, est axungia, & argentū viuū. Quare
 ex dictis, alia secundum diuersas intentiones,
 cum ista tamē basi cōponere possunt. Virtutes
 quorum quum sint mirabiles, & supra alia me
 H 3 dicamina

dicamina in hac ægitudine nobiliores, non
 ipsas silentio transire decreui, sed quātum in me
 erit, & quantum ingenium meum valebit cum
 veritate eas extollere intēdo, quum per talia vn
 guenta gentem plurimam, quę ab alijs medica
 minibus nunquā sanata fuerit, & postea ab vna
 ctione vnguentorum dictorum sanitati restitue
 tam viderim &c. Sunt igitur vnguenta ex argē
 to viuo & axungia & alijs facta. Medicina di
 gestiuā materię phlegmaticę, diuersę admixtio
 nis per totum corpus sparsę & in obedientis ex
 multis medicaminibus est, quę euacuationi sen
 sibili vel insensibili præparatiua, malignitatum
 dictorum humorum contemperatiua, dolorum
 mitigatiua, pustularum sanatiua: apostematum
 resolutiua & maturatiua, vlcera saniei digesti
 ua & mundificatiua: & malarum qualitatum re
 motiua: aliorumq; quouis modo accidentium
 correctiua: & vltimo omnium solutionum con
 tinuitatis sanatiua. Est etiā virtutis expulsiuę
 expergefactiua & vigoratiua. Ita quod isto
 adminiculo: ab omnibus superfluitatibus inobe
 dientibus membra mundantur: & ad naturalem
 dispositionem redeunt: sanguinemq; ab isto hu
 more infectum mundificant per totum corpus
 & ma

DE MORBO GALLICO

& materiam ad conuenientes regiones expul-
 sioni dirigunt, indefinenter euacuando, die no-
 ctuq; per vias notas natura, donec totum cor-
 pus mundum ab istis superfluitatibus remaneat
 quæ ab antiquorum euacuationum virtute mi-
 nine euacuabantur, confortatq; virtutem inte-
 riorum membrorum deseruentiũ naturalibus,
 & alijs quæ membra exteriora illita communi-
 cant virtutem linimenti, ceteris membris. Et
 hoc clarissime apparet ab effectibus, quũ per ex-
 tremitatum illinitiones consolidantur vlcera, re-
 soluuntur apostemata & reliqua, in quacunq;
 parte intrinseca vel extrinseca, vt experientia te-
 statur. Nã ista illinitione, natura adiuta phlegma
 per os indigestũ successiue expellit, & etiã p se-
 cessum diuersas materias corruptas, in qbus ma-
 la virtus hepatis & stomachi elaborauit, per su-
 dorem quoq; superfluitates quartæ digestionis,
 sed aquositatem sanguinis per vrinam, & vlti-
 mo per insensibilem euacuationem, quæ in va-
 porem conuertuntur expellit. Quare nisi calor
 siue anima ab ipso actuetur, vel incitaretur,
 aut coadiuuaretur, non tot & tanta bonã sequi
 viderentur. Sileant ergo qui corpus siue vir-
 tutes exterminari ab istis dicunt, experientia

& ratione contra ipsos pugnantis. Quod si multos se errores vidisse dicant, ignauiam applicationem malam & irregulatam accusent, & non medicaminum, cum nullum aliud tali morbo his æquatur, cuius basis est argentum viuū, sua correctoria sunt axungia, mirra, salua, & alia, &c. operatio cuius est per caliditatem suam, quæ materiam phlegmaticam puram vel mixtam in quacunque parte corporis dissoluit, & ideo curat scabiem malam & vlcera maligna, vt dicit Serapio de simplicibus, & Auic. & Aliab. & Rasis. xxxvij. continentis cap. lxxv. auctoritate Chum, & omnes antiqui, vt omnia vnico verbo complectar. Modum autem operationis istius vnguenti si quis scire desiderat, hoc facile est soluere, cum colligantia corporis declaratione, nam cor per arterias, epar per venas, cerebrum per neruos, toti corpori colligantur. Et ex putredine aliquando in vlcere, vbi arteria ramus notabilis fuerit, causatur sincopis, et in neruo spasmus, & in vena febris, si fuerit quantitas magna, aut prohibita transpiratio. Sic etiam virtus calefactoria vnguenti quæ maxime actiua est inunctis iuncturis, & cum ibi arteria, vena, & nerui manifestentur, & loca sint excarnata, virtus transit ad alia membra, & sic in ista ægritudine curantur diuersa, vt ego dixi, accidentia
vt est

DE MORBO GALLICO

vt est tuffis ex vlcere gallico, in pectore, & fiantia, & temefmos, & alia intrinfece paffioes ab eadem caufa. Sanat fæpe illinitio ifta etiam alias frigidas & chronicas ægrotudines, quæ pendent a materia phlegmatica a prædominio, vt funt dolores podagrici, nodi, & cutaneæ infectiones & alia. Quæ omnia fi diligenter applicabis, confiderata ægrotudine, vt fupra dictum eft, & virtute, Domino auxiliante fanitatem introduces. Caue ne te diminuta illinitio decipiat vel nimia audatia in hoc, & non folum inungendo: fed in regimine aeris, cibi, & potus, & alijs: quoniam ex hoc multi non fuerunt fanati, fed poft aliquos dies in eandem ægrotudinẽ reuerfi funt, & etiam in deteriozem &c. Hæc factis de vnguentorum virtute. Sed notare oportet quod in aliquibus poffumus loco vnctionis cõponere vnguentum in forma folida in modum ceroti, & extendere fuper corium, aut pannum lini, & ponere fuper iuncturas omnes, & de tertio in tertium diem, ipfa cerotaria remouere, & perfeuerare vfq; quo appareat alteratio gingivarum, vel aliquod ex fignis dictis in fupioribus, & tunc erunt remouenda, vt dictum eft fupra. Quod fi oris vlcera, vel fluxum phlegmatis ab ore, vel alia accidentia videris, remedijs iam dictis corrigere oportet. Et finaliter omnia quæ

dicta sunt ante vnctionem digerendo & euacuando obseruabis, tam cum pharmaco, quam cum phlebotomia & ventosis regimineque totorum non naturalium. Modus compositionis istius cerotarij est iste. Recipe pinguedinis porcinae mundatae a pelliculis & per setarium colatae, mercurij ana libram. j. s. incorporentur cum pistillo in mortario, & in fine adde thuris puluerizati. s. vi. lithargiri, cerussae ana. s. j. s. & fiat in mortario dicto perfecta incorporatio, deinde R. serapini, amoniaci, ana. s. viij. resinae pineae, terebinthinae ana. s. x. dissoluantur in aqua ardenti ad ignem vt fiat solidum, ita quod ponendo vnam guttam super lapidem frigidum sit dura & tunc dimitte in frigidari semper agitando cum baculo, & quum fuerit vsque ad tepiditatem, adde suprascriptum vnguentum factum in mortario semper agitando, donec perfecte incorporetur, postea adde in fine cere albe. s. iiij. paulatim & semper agitando & in fine pulueriza lithargiri desuper. s. v. bene agitando & incorporando & fac magdaleones & serua. Quod cerotum valet ad remouendum dolores, & resoluendum apostemata dura, sanatque vlcera maligna duritie resoluendo, incarnat & sigillat maxime si a principio positum fuerit, praemissis euacuationibus, Et si super iuncturas omnes applicatum fuerit, vt dictum

DE MORBO GALLICO

vt dictum est liberat totaliter ab ista ægitudine:
quum est noua, & in corpore bonæ complexio-
nis & est medicina satis securo & delectabilis
respectu vnctionis, quod si fortius cerotarium
componere volueris, adde plus de mercurio vs-
q; puta libras duas & plus, secundum necessita-
tem, & reliqua sint, vt dictum est. &c. sed vnde
discessi reuertendi tempus est, vt tibi completâ
huius morbi curam tradam. &c.

Caput. iij. de modo succurrendi oris gin-
giuarum & aliarum partium gut-
turis alterationes, & alijs
accidentibus malis ab
unctionibus factis.

Dixi supra quod ex illinitiōe vnguentorū
diuersa sequuntur accidentia, quæ sunt
ista &c. vlcera oris, & gingiuarum excarnatio
cum caliditate maxima, & inflatione gutturis,
linguæ, & faucium sincopis cum totius corporis
laxitudine, fluxus ventris aliquando diar-
chæus, & aliquando cum excoriatione siue dy-
sentericus, ventris etiam nimia constipatio, ni-
mia vigilia, cum dolore maximo illarum par-
tium, quæ omnia indigenti cura & moderatione
quædo superfluunt. Igitur si ex nimio fluxu ma-
teriz

teriæ phlegmaticæ, vel a caliditate medicaminis
 oris sequatur excoriatio, cum dolore & inflati-
 one, vel sine inflatione, in primis fiat assidua
 oris ablutio, & gargarizatio cum aqua ordei
 mediocris ebullitionis, & hoc per aliquos dies,
 Quod si fuerint ulcerationes cum caliditate,
 adde in dicta aqua parum diamori vel syrupi
 violati, quoniam extinguit caliditatem & con-
 fortat locum, deinde procede cum aqua planta-
 ginis & melle rosato, ad mundificandum hoc
 modo. R. aquæ plantaginis lib. .j. mellis rosati. ℥.
 iij. misce & cum isto sepe os abluatur, potes etiã
 a principio & in augmento facere gargarismũ.
 R. aquarum buglossæ, violarum, endiuia, añ. ℥.
 x. sacchari fini. xv. fiat in modum iuleb ad ignẽ
 cum quo sæpe lauetur os. Quod si in aliquo tẽ-
 pore maximus fuerit dolor, vt ere lacte ouillo,
 vel vaccino, ab eo non extracto butyro, & duc
 ipsum per os calidum: quod si non remouet do-
 lorem, vnge genas & partes circũstantes cum
 oleo rosato, & da butyrum patienti vt teneat in
 ore, quoniam mirabiliter mitigat dolorẽ, quod
 si hoc non remouet & materiæ fluant incessan-
 ter, ita quod dolor sit magnus, appone ventosas
 super scapulas & nates ad diuertendum, & sint
 imprimis sine scarificatione, postea si opus fue-
 rit cum scarificatione: quod si dolor augeatur,
 & ma

DE MORBO GALLICO

& magnum oris timueris apostema, & forte est hiomenon, vt vidi in quodam quem Emperic⁹ quidam inunxerat qui ad miserabilem totius faciei putrefactionem, & vltimo ad mortem deuenit. Ne ergo ista tibi accidant, phlobotomiā administrabis, si virtus est constans ad diuertendum, & hoc a vena cephalica, vel mediana, vel a basilica si hoc a nimia caliditate hepatis foruente cognoueris : & sic remoto dolore in fine cum dictis gargarismis, adde mel rosatum, vt dictum est, cum aqua plantaginis, quoniā oris vlcera mundificat & sanat. Possumus etiam cum ista decoctione lauare os. R. ordeī, rosarū myrtilorum, saluix, añ. m. i. decoquantur in vino styptico &c. vel etiam cū vino solo, quoniā confert & sanat vlcera &c. Sed quia dictum fuit de phlobotomia. Nota quod quando virtus tolerat & reliqua, factis inunctionibus per aliquos dies, ita inter vngendo anteq̄ fluxus manifestus ex ore appareat, vtilissimum est phlobotomare venam medianam dexteri brachij vel basilicam, secundum diuersas intentiones, vtdictū est in cap. de phlebotomia. Quod si videris lassitudinem, & debilitatem succurre cum brodijs caponum, ouis sorbilibus, contulis, & vino aromatico: quod si syncope sequatur, auxiliabis cū bonis odoribus, vt est vinura creticum siue maluatīcū

NICOL. MASSA

uaticum cum aqua rosata, & acetum rosatum,
 & cum epithematibus, vel cum maxima cordia
 li, & alijs dicendis, verbi gratia. ℞. zacchari bu
 glossati, boraginati, violati rosati añ. ʒ. i. fragmē
 torū de gēmis. ʒ. i. ʒ. margaritarū preparatarū. ʒ.
 ʒ. fiat mixtura cū syrupo de pomis, de qua detur
 saepe patienti, & aliquando dabis vinū maluatio
 cum ad bibendum, quoniam mirabiliter succure
 rit virtuti resolutæ, sed epithema pro cordis con
 fortatione sit talis. ℞. aquæ buglosæ, melissæ, bo
 raginis añ. ʒ. v. rosatæ. ʒ. iij. vini maluatici. ʒ. i. ʒ.
 specierum cordialium temperatarum. ʒ. ij. croci
 ʒ. ʒ. misce & cum panno infuso sub mamilla si
 nistra saepe applicabis. Et nota quod boni odo
 res cito restaurant virtutem, vt dicit Galenus,
 commento vndecimo secundi aphorismorum,
 auctoritate Hippo. Quod si fluxus fuerit, cum
 quo fit nimia virtutis resolutio, ægro dabis ciba
 ria diætæ boni nutrimēti, & vinum rubeum lim
 phatum, cum qua chalibeata, vel decoctionis
 berberorum, vel seminum zhus sumaci, vel si
 fuerit cum excoriatione, inunge ventrem cum
 oleo rosato siue myrtino, & vtere clisteri lauati
 uo, in quo vtilissimum est ponere oleum rosat
 um, & pinguedinem hyrci, vel capræ, & ouum
 cum suo albo, & brodium intestinorum ca
 strati & cetera.

Non est

DE MORBO GALLICO

Non est tamen stringendus fluxus, si virtus ipsum tolerat, quoniam liberat ab ista ægritudine absq̄ dubio. Si vero nimia vigilia ægrum infestat, succurrendum est (maxime si resoluit virtutem) cum vnctione temporum vnguento populio vel odorematis, vt est odorare spongiã madefactam in decoctione, papaueris albi & nigri, corticum mandragore. s. iusquiami, nenufraris violarum, lactucæ, & de consimilibus in aqua dulci, qđ si ista non conferunt possumus emulsione seminum papaueris albi in panatella siue in suo contuso imposta succurrere, vel vntia vna, vel vna & semi syrupi de papauere & .ij. aquæ lactucæ post cœnam per duas horas & quia ob dentium & gingiuarum dolorem & inflationem oris non possunt ægri comedere masticando, ideo ciba ipsos panatella siue contuso, vel iusculo ordeaceo, vel ouo in brodio agitato, & vino paucifero boni odoris, aut cum æquivalentibus. Constipatio vero ventris si acciderit, clisteri communi succurres, addita aliquando .ij. benedictæ, vel hieræ picræ, vel purgetur cum pilulis appropriatis, vt de fumo terræ, foetididis, aggregatiuis, & de hermodactylis, vel cum electuarijs secundum quod diuersa exigit dispositio.

Laudo

Laudo etiã multum inter vngendum accipere
 aliquã euacuationem appropriatam, quoniam
 nõ sinit materias omnes currere per os. Et ego
 sæpe hoc pacto procedo & mihi bene succedit.
 Sunt quidam aliter in hoc sentientes, videlicet
 quod non oportet inter vngendum euacuare,
 sed male. Medicus enim est adiutor naturæ, &
 ipsi vbi necessarium est succurrere debet, vt in
 multa repletione minorando &c. quod si vis
 oris fluxui nimium infestanti singulare præsidium
 apponere, pilulæ cochix post cœnam sumptæ
 hoc suauiter faciunt. Et sic procedere oportet
 vsq; ad oris perfectam sanitatem. Non mutatis
 lintheaminibus tamen, & camisia, vsq; quo signum
 aliquod materiæ ægritudinem causantis princi-
 pij euacuationis notabilis apparuerit, quæ ex di-
 ctis nota sunt. Relinquitur modo, ne æger ita sa-
 nitati restitutus, in recidiuam redeat, & in hoc
 est tota virtus medici, & vt Vergiliano vtar ser-
 mone, hoc opus hic labor est. Ideo diligenter at-
 tende, quoniam sunt quidam qui omnes indiffe-
 renter post vnctionem cum balneo, in quo præ-
 cipiunt ægro sudare, totum corpus lauant, quæ
 res (vt ostendam) est penitus contra intentionem
 dictæ curæ, quoniam per vnctionem diriguntur
 humores, qui sparsi per totum corpus a natura
 regulari non poterant, ad vias proprias euacua-
 tionis,

gund

DE MORBO GALLICO

tionis, naturæ notas vt dixi, quæ quidem euacuatione quâ sit successiua, & cum accidentibus salutaribus malis, resoluit virtutem propter spiritum inaniationem vt dixi. Et balnei operationes sunt in primis humores concentricos per totum corpus ducere, & residuum caloris ex euacuatione deducere, sua caliditate resoluerè, aut spargere, pauperati, sua caliditate resoluerè, aut spargere, qui postea sunt minus potentes ad corporis operationem, testante Aristot. qui dixit quod virtus vnita est fortior seipsa dispersa, & sic in eandem ægritudinem iterum, & deteriorem deueniunt. Ego vero istis rationibus ductus, nullum post vnctionem patienti balneum facio, sed ipsum lintheamine, siue sudarijs abstergere precipio, & sic non fit apertio porositarum, neque sparsio aut resolutio virtutis, siue spiritus debilis, a qua sæpe recidiva sequitur.

Cap. V. & est disputatio De balneis artificialibus & naturalibus in ista cura, & de quibusdam qui per diuersa medicamina fuere sanati.

Non ingrata hic cadit speculatio, videlicet an balnea thermarum, vel artificialia in ista cura sanant istam ægritudinem, vel aliquid confortant? Cui dubio respondeo in primis, quod experientia sæpe hoc nobis notum fecit, paucos aut nullum ex toto per assumptionem aquarum thermarum

marum aut per lauacrum, sanitatem recepisse, quod
 si aliqui per alicuius temporis spatium, a balne
 is sanati visi sunt, non tamen diu permanserunt
 sed de nouo in eandem ægritudinem & etiam
 aliquando deteriorem deueniunt, & ratio claris
 sima huius non latet, quoniã thermarum aquæ
 non sunt operate per vnã qualitã aut duas,
 sed quãdoq; per plures, & primas, & secundas,
 nam sulphur non caret nitrositate, humiditate,
 ratione aquæ, siccitate, ratione terræ &c. quare
 dico quod istæ virtutes in thermis non sunt mul
 tum actiue, & dissolutiue, imo imprimunt pri
 mo siccitatem, quæ huius curæ est contraria, de
 inde sua caliditate debili, si agit, non ex toto dis
 soluit, & ideo facta clausura ab aqua, quãdo ca
 lor fortificatur, iterũ sperguntur materiæ, & sic
 caussant nouam ægritudinem, deteriorẽ primã,
 hoc idem dico de artificiali, quũ aqua primo de
 se noceat neruis, & basi huius materiæ, vt supra.
 Adde etiam vt dictum est, quod virtus resolu
 tur a frequenti & longa mora in balneo, quare
 dico non conferre, Quod si confert aliquod, est
 sulphureũ. Et multi sulphuris vsu liberati sunt,
 & maxime quidem amicus noster ex potu sul
 phuris puluerisati bis in die tres aut quatuor
 drachmas pro vice, sero & mane videlicet per
 multos menses, tandẽ a doloribus & vlceribus
 cum

DE MORBO GALLICO

No 62

cum gummis ab antiqua ægritudine liberatus fuit, sine aliquo alio medicamine vlceribus ap-
 posito. Scio etiã quosdam, qui ex diuturna poti-
 one decoctiõis aloes, hoc modo liberati fuerunt
 .℞. aloes bonæ. ℥. ʒ. mellis. ℥. ʒ. vj. aquę fontis siue
 putei lib. v. buliant bulitione bona ad ignē len-
 tum, spumando semper, ita vt fiat quartę partis
 consumptio, & quantitas sumenda pro vice sit
 ℥. ʒ. vj. calida in aurora, & sumatur ter in ebdoma-
 da. Scio etiam quod ex potu decoctionis absin-
 thij quotidiano per plures menses alij euaserunt.
 Etiam ex assumptione glutinis albotoim siue
 olei abietis, Multi ab ista ægritudine cum dolo-
 ribus, tumoribus, & vlceribus, fuerunt liberati.
 Et cū possibilitas sit res ampla, possibile est cū
 aliquo alio medicamine talem egritudinē sana-
 re, sed adhuc non inuentum vel non diuulgatū
 Qui vero de cura per comestionem serpentum
 dixit, cum sine ratione & experientia hoc credit
 non laudatur. De sanitate vero quæ ab intrinse-
 co fit nihil dico, cum mea sit intentio per medi-
 cinalia instrumenta, quo pacto quis ab ista egrit-
 tudine euadere possit, docere, Ego plures vidi
 sine aliquo medicamine liberatos, & hoc non
 repugnat, quum virtus teste Galeno, sit con-
 traria morbo, tanquam antiagonista.

A

A

Virtute igitur existenti forti & ægritudine noua & parua diētis non contrariatur &c.

Caput. VI. De hora conuenientiori
unctionis

VNum præterire nolo, an cōueniens sit nu-
gare post cœnam? vt dixi, & dico quod
sic, & ratio est, quia inunctio ista est multum res-
olutiua, cum qua resolutione etiam aliquid cal-
loris innati resoluitur, nocetq; membris neruo-
sis, vt est stomachus &c. quare quum per cibum
& potum virtus confortetur, & fortificata res-
tauretur. Ideo melius est virtute restaurata, vt
est per duas aut tres horas post cibum, inunge-
re, quam resoluta, vt est mane, stomacho ieiuno
Est etiam melius in sero post cibum quam ma-
ne, quoniam nocte virtus contrahitur intra &
vnitur quæ est fortior ad omnes naturales ope-
rationes, & etiam tempore somni fit fortior, &
est magis prona ad sudoris prouocationem, vri-
næ, & aliarum superfluitatum, Quod si cui ma-
gis mane hoc facere libuerit, accipiat (per duas
horas ante) quatuor bolos panis vino optimo,
vel duo oua sorbilia, & per quinque horas post
accipiat suum prandium, & sic natura confor-
tata, siue virtus melius cōtra morbum insurgit,
meliusq; digerit & euacuat materiam cōiunctā
& spare

DE MORBO GALLICO

& sparsam in membris, quare &c.

Verum quia oportet confortare ne in recidivam quis incidat, confortentur membra omnia secundum necessitatem, vt stomachus & hepar cum diarodo abbatis, vel aromatico rosato, de quibus sumat rotulam vnam mane, Caput confortetur Coriandro, vel Diacoro &c. Pectus Iusculo ordeaceo, vel Penidio, vel Syrupo violato simplici, & composito &c. Membra exteriora cū Salvia & Absinthio decoctis in vino cū quo lauando confortabis iuncturas, & non multum ipsas humectare oportet, in quo potes etiam ponere cortices Granatorum, & stichada & alia secundum necessitatem & vltimo vtatur aliquibus euacuationibus vt sunt pilule mastichinae vel de fumo terrae &c. vt dicam post.

Cap. I. quinti tractatus & est prohemium in quo ostenditur quod suffumigia in cura morbi Gallici inueterati in quo alia non conferunt medicamina, sanant, suaeque virtutes manifestantur.

Postrema cum suffumigijs cura, qua etiam
 in hac ægitudine medentes vtuntur, & si
 non sit ita tuta & verax, tamē q̄a multi ro-
 busti & inueterati cum ista cura euadunt, ideo
 de modo curandi cum suffumigijs ex cinabrio
 factis sermo iste erit. Qui quidem modus (vt
 de vnctionibus dictum est) non est a moder-
 nis inuentus, sed quidam antiquorum in scabie
 male vtebantur ipso, verum est quod moderni
 suffumigia ista diuersificarunt, quidam adden-
 tes correctoria, alij odoramenta ad confortan-
 dum cerebrum, & alia membra principalia, quæ
 odoramenta sunt aliquando mirrha, benzoi, sty-
 rax, libanos, lignum aloes, gallia moschata, &
 ambra in diuitibus, & alia confortantia bona.
 Sunt etiam addentes coadiuuantia, vt sunt auri
 pigmentum, marchasita &c. tamen eadem est
 intentio. Et laudabile est simul correctoria, & il-
 la odoramenta bona ponere, & hoc quoniā hæc
 membra principalia confortata resistunt malig-
 nitati suffumigij & morbi. Sed anteq̄ ad decla-
 rationem modi huius suffumigij accedā, opor-
 tet in primis medentes admonere, q̄ iste mo-
 dus non sine timore nocementi membrorum
 principalium, immo sæpe recidiuant, & ad ma-
 las ægitudines complicatas cū ista deueniunt,
 quæ sunt vt asthma, tussis, hydropisis, & maras-
 mus

DE MORBO GALLICO

mus. Quare non est administrandus, nisi in in-
 ueteratis, & in virtute forti, cum ægritudine ma-
 la, in qua alia remedia non conferunt, & cū ma-
 xima obseruantia aeris, & aliarum rerum nō na-
 turalium. Caue etiam ipsum, in corporibus que
 asthma patiuntur, aut consumptionem ethicam,
 aut febrem cum acuitate vel prædominio humo-
 ris calidi, aut in quibus debilitatem natura ha-
 bet, vel alio quouis modo. Scias etiam q̄ oēs
 virtutes vnctionis possumus suffumigijs attri-
 buere præmissa securitate vt supra: & ratio est
 nota, cum basis sit virtus argenti viui operans.

Quapropter dico q̄ digerunt & præparant ad
 omnia, sicut vnctiones. Et cum sint administrã-
 di cum maiori timore, ideo si quis ipsis pro cu-
 ra vti voluerit, præparet in primis ægrum præ-
 parationibus superius dictis in cura per vncti-
 onem, purgando corpus diligenter & paulatim
 confortandoq̄ stomachum. Et si opus fuerit
 phlebotomabis, vel appone ventosas, & relinq̄s
 vtatur quæ cordi opitulantur ad intra & extra,
 vt sunt confectiones cum gemmis, & epithe-
 mata, vnctionesq̄ infra dicendæ in cura acci-
 dentium &c.

Cap. II. De modo administrationis suffumigij, & de
 regimine obseruando in ipsorum administratione.

NICO. MASSA

E Gro purgato, & cubili clauso cum igne,
 vel stufa calefacto, si frigus aut aer multū
 humidus fuerit. Accipiat in mane in au-
 rora oua duo sorbilia, & bibat parum vini aro-
 mati boni, vel accipiat frustum panis infusi in
 vino optimo, & bibat: vel cyathum vnum bro-
 dij caponis cum rotula vna, fragematis vulgo,
 trageæ perlarum, aut aromatici rosati, vel cū vn-
 cia vna sacchari rosati &c. & quiescat per duas
 horas aut vnam cum dimidia: deinde præpara-
 to coopertorio, vel papilione, vel aliquo tali, in
 quo æger possit ingredi, & se totum cooperire
 sine respiratione. Æger ingressus sedeat super
 scamnum, aut cathedram, & ponatur intra papi-
 lionem, catinum plenum ignis, in quo igne hoc
 suffumigium pone. ℞. cinabrij puluerisati. ʒ. ʒ.
 libani. ʒ. ij. misce & pone vt dictū est super pru-
 nas ignis dicti, & æger sit nudus, & recipiat suf-
 fumigium per totum corpus, & stet secundum
 dispositionem virtutis vsq; ad sudorem. Quod
 si æger fortis tolerat, plus temporis moretur, si
 debilis, minus. Quod si odorē non tolerat suffu-
 migij, nares & partem anteriorem faciei extra
 papilionem teneat, & claudatur vndiq; ne fu-
 mus respiret. Et consumpto suffumigio exeat,
 cumq; exierit, ingrediatur lectulum, & coope-
 riat se pannis, ita vt compleat sudorem per hor-
 ram

DE MORBO GALLICO.

ram, si virtus tolerat. Et attendatur virtuti, quoniam suffumigia ista dissoluunt calorem naturalem. Quare si æger indiget, quando sudat in lecto, da ei cyathum brodij caponis cum rotula tragematis perlarum, vel frustum panis in bono vino, vel oua sorbilia, & sic per quatuor horas stet, accipiatq; prandiū. In aurora vero bonum est, si accipiat syrupum vnum pro stomachi & cordis confortatione. Et accepto brodio vel aliquo alio, vt dictum est supra, suffumigiū ingrediatur siue papilionē, et moretur vt dictū est. Syrupusq; accipiendus in mane sit talis. R. syrupi rosati. ℥. j. de buglossa. ℥. ʒ. aquarū buglossę fumiterre, melissę añ. ℥. i. misce & q̄scat p̄ duas horas, & in alijs procedatur, sicut in vnctione dictum fuit, quotidie videlicet, dū appareat fluxus materię phlegmaticę ab ore, vel alia signa dicta ibi. Apparentibus vero signis, ab suffumigijs cessandum est, & attendatur virtuti, & malis accidentibus, vt est vlceratio oris, syncopis, &c. quod fit cum rebus & remedijs in cura vnctionis dictis, & dicentur etiam vbi de accidentibus in fine loquar. Quod si æger non tolerat quotidianam suffumigij administrationem, fiat alternatim, videlicet de tertio vel de quarto in quartum diem, vt ego sæpe facio, vbi virtus nō tolerat. Vel fiat cum minori quantitate suffumi-

gijs, Quod si ægritudo fuerit antiqua mala, & æger robustus, & alia medicamina non conferrant, & cum ista dosi non alteratur, duplicetur dosis supra dicta, videlicet postquam prima ab igne consumpta est iterum aliam eiusdem ponderis pone, & sic continuabis. Quod si ab ore nihil egrediatur, procedendum est, vsq; dum signa alia consumptionis materiæ appareant, ego vero inter alios suffumigijs duos curavi, qui nūquam ab alijs medicaminibus sanati fuerunt, q̄ inuncti fuerunt pluries, sed nunquam ab ore aliquid miserunt & erant iuuenes, & ego suffumigijs processu, vsq; ad resolutionē omnium apostematum, habita ratione virtutis, & ita fortis resolutio, quod ad neruorum mollitiem & paralytim deuenērūt, & sic sanati ab isto morbo fuerunt, postea per aliquos menses etiam a paralyti liberati fuerūt, & hoc non est malum quāminus sit nocumentum in tanta morbi malignitate, paralytis, quam vlcerum & dolorum nocumentorū, vt fuit in istis, qui cum corrosione ossium &c. & p̄foratione palati, & totius gulæ ulceratione manebant quare &c. & vt possis diuersis diuersa auxilia applicare, in sequenti cap. multas alias descriptiones suffumigiorum scribam.

DE MORBO GALLICO

Cap. III. De descriptionibus suffumigiorum diuersorum ualentium in tali egritudine.

SVpra posita fuit vna descriptio suffumigiij
 Dexteplariter loquēdo hic vero diuersas alias
 descriptiones suffumigiorum qui eiusdem sunt
 virtutis fortiora, tamen sunt & primo. R. zina-
 brij puluerisati. ℥.vi. auri pigmenti. ℥.ij. thuris,
 mirrhæ, sandalorū rubeorum añ. ℥. ʒ. misce &
 pulueriscentur subtilissime, & quantitas ponēda
 pro qualibet vice in igne est. ℥.i. Aliud suffu-
 migium. R. zinabrij. ℥.iiij. auri pigmenti. ℥. i.
 marchelitæ. ℥. ʒ. libani, mirrhæ, ligni aloes añ.
 ℥. ʒ. pulueriscentur vt supra, & quantitas ponēda
 in igne est ab vncia semis vsque ad. ℥. i.
 Aliud suffumigiū eiusdem virtutis qđ est ma-
 gis consolatum. R. zinabrij. ℥.ij. libani. ℥.i. gale-
 liæ muscatæ. ʒ.ij. misce & pulueriscentur vt supra
 & ista quantitas est pro tribus vicibus ponēda
 in igne. Possumus etiam ex dictis rebus forma-
 re trociscos hoc pacto. R. zinabrij. ℥. ij. libani,
 mirrhæ, belzui. añ. ʒ.iiij. galliæ muscatæ. ʒ. i. ʒ.
 theriacæ. ʒ. ʒ. aquæ melissæ quantum sufficit,
 misce & fiant trocisci, & vtere ipsis, vt dictum
 est, ponendo super ignem pro vice vsq. ℥. i. pro
 quolibet mane, quādo fit suffumigiū. Possumus
 etiā multa alia cōponere addendo et miuendo
 secun

secundum ægri virtutem, & morbi malignitatē
 Et cū administraueris dicta, cibetur eger bonis
 cibarijs, & custodiat ab aere frigido, postea
 in fine confortetur stomachus, & hepar cū re-
 bus dictis & dicendis, vbi de cura cuiuscunq;
 accidentium tractabo, quæ huius opusculi vlti-
 ma pars erit. Sed vt audacter in cura accedas,
 audi quæ mihi pluries euenerē. Ego sæpe ali-
 quos patientes morbum gallicū, cum vnctioni-
 bus non potui sanare, quoniã non erāt sufficien-
 tes euacuare, siue digerere naturam ad euacua-
 tionē totalem huius humoris, & hoc videns, vl-
 tra vnctionē, dicta suffumigia superius feci.
 Inter quos fuit quidam iuuenis ætate viginti an-
 norū, nomine Dominicus, de confinio s. Petri,
 qui a multis Empericis, & barbitonsoribus, &
 mulieribus sæpe vnctus, nunq̄ sanatus est. Sed
 ad tantam malignitatē istius ægritudinis deue-
 nit, q̄ tota gula interior, & palatum vlcerebus
 malis infecta, neq; loqui poterat, & vix come-
 dere, & cum maxima difficultate bibere pote-
 rat, brachijsq; & cruribus spasmatibus, & contra-
 ctis in lecto iacebat: ita quod ad beneficiū cor-
 poris duo ipsum ferebant, & quando comedere
 volebat, necesse erat quod aliquis ei cibum
 in ore poneret, & vltra hoc, vlcera hinc inde per
 corpus erant & gumæ siue apostemata dura cū
 dolo

DE MORBO GALLICO

doloribus iuncturarum, qui ipsum vel parum aut nihil dormire permittebant cū maxima cōsumptione totius corporis, profecto casus maximus erat, quoniam cum istis omnibus semper fiebat &c. Et cum rogaret me sæpe mater mea, vt vellem ipsum sanare, si erat possibile: ad ipsum accessi, & quibus omnes dictæ conditiones sic erant malæ vt nullam spem ex eis haberem, tamen pulsus erat cum aliquali fortitudine, de quo confusus, facta aliquali digestionē & parua euacuatione, cœpi ipsum inungere cum vnguento quarto in ordine scripto in tractatu de cura per vñtionem additis olei rosati. ʒ. ij. & sic processi vngendo per decem dies interpolatis diebus, ita q̄ ex tali vñctiōe dolores remissi fuerunt, qui cœpit dormire in nocte, & ego cessavi ab vñctione, cibauicq; ipsum bonis cibarijs bene nutrientibus, vt sunt oua sorbilia, contusum, & vinum bonum. Virtute sic confortata per viginti dies iterum cœpi inungere ipsi iuncturas crurium & brachiorum, & factis tamen multis vñctionibus vlcera non consolidabatur neq; apostemata resoluebantur. Quare cū suffumigijs decreui residuum materiz resolvere. Et sic processi, videlicet in sero vngebam iuncturas cum vñctione. Et in mane ipso sub papilionē posito, cum suffumigio primo in ordine

in isto

in isto cap. scripto ipsum suffumigavi. Et sic per multos dies processi, & vlcera erant fere consolidata, sed prostrata erat virtus, & ideo dimisi per mensem cum dimidio ipsum cum bonis cibarijs bonoq; regimine quiescere. Postea iterum cepi ipsum inungere & suffumigare, vt supra dixi & istis factis per quindecim dies continuos, liberatus fuit. Sed quia in vltima consumptione, ideo post sanationem cibavi ipsum iusculo ordeaceo in mane loco syrapi, & semper vltra alias res comestibiles, in prandio, & coena dabam iusculum ordeaceum, qui adhuc viuit & sanus est. Sic dico quod aliquando oportet procedere (quando medicamen debile non potest) cum fortiori, vt si non potes purgationibus, fac cum portione decoctionis ligni indici, vel cum vnctionibus, quod si vnctiones non sanant, fortissimum medicamen est suffumigium &c. Sit igitur benedictus deus trinus & vnus. Et tu secure procede habita virtutis & aegritudinis cognitione, quonia, vt dixit Galenus, virtuti forti nihil resistit. Neq; sic faciendo errabis &c.

Et hac de cura per suffumigia satis, deq; cura particularium accidentium dicam.

DE MORBO GALLICO

Cap. I. Sexti Tractatus, & est probemium in quo quæ dicenda sunt de cura accidentiū in sequentibus manifestantur.

Vllis & declaratis modis dictis eradicatis curationis istius morbi. Ad completam doctrinam, hic particularium accidentiū curā describere non inutile erit: qm̄ particularia accidentia, applicatione particulari indigēt, si q̄s ipsi solis intendat, vel etiā si ad primariā ægritudinis curam fiat intentio, quæ accidentia, vt dictum fuit superius, fuerūt pustulæ, dolores, apostemata dura, vlcera maligna. Sermo igitur iste erit de modo succurrendi pustulis, doloribus, apostematibus, & vlceribus morbi gallici cū medicinis particulariter applicatis, secundum diuersitatem eorum, cum sigillatione istius sermonis per modum confortationis membrorum & præseruationem a recidiua &c.

Cap. II. De cura pustularum, in quo unguenta & alia pulcherrima remedia magistralia ponuntur.

APustularum igitur curatione particulari incipiam, quæ cura diuersis medicaminibus perficitur, quorum primum est unguentum benedictum meum completum, in cura perunctionem scriptum, cum quo pustulæ ungentur sigillatim mane, & sero, vel cum alio ex dictis

NICOL, MASSA

dictis, & sic sanabis unamquancq; pustulam in
 quacuncq; parte corporis, Quod si cōtigerit ex
 dicta pustularum vnctione qđ gingiue alteren-
 tur & phlegma ab ore fluere incipiant, sistendū
 ab vnctione ipsarum erit, & succuratur, modo
 dicto in cura nocumenti oris per vnctionē. Et
 nota quod aqua ordeī, in hoc est multum profi-
 cua, cum diamoro & melle rosato vt dictū est.
 Quod si sine vnguento pustulas remouere siue
 sanare volueris. R. aquæ ardentis, aquæ rosatæ
 añ. ʒ. vj. sublimati. ʒ. ij. buliant lento igne vsq;
 ad dissolutionem sublimati in vase vitreo siue
 vitreato, & serua cum aqua, postea tange vnā
 quancq; pustulam, sero & mane, quoniam sanat
 ipsas in quacuncq; corporis parte. Alia aqua eius-
 dē virtutis delens videlicet pustulas dicti mor-
 bi. R. aquæ cum qua fit sapo. ʒ. iiij. aquæ rosatæ
 ʒ. ij. salis ammoniaci, aluminiis rochæ añ. ʒ. ij. bu-
 liant parum lento igne, & serua cum aqua bis in
 die pustulas tanges. Alia aqua eiusdem virtutis
 R. aquæ maris, aquæ rosatæ añ. ʒ. iiij. sublimati,
 viridis æris añ. ʒ. j. ʒ. buliant ad consumptionē
 quartæ partis, & ista aqua, pustulæ bis in die tã-
 gantur. Alia aqua sanans pustulas, vt supra. R.
 aquæ rosatæ. ʒ. vj. arsenici albi. ʒ. j. ʒ. salis amo-
 niaci, salis gemmæ añ. ʒ. iiij. aluminiis rochæ. ʒ.
 ij. buliant vt supra, & tange pustulas.

Alia

DE MORBO GALLICO

Alia aqua delens & sanans pustulas morbi gallici, cum qua etiam mulieres quæ habent cutem grossam, nigram, & squamosam, subtiliant, dealbant, & mundificant ipsam, & est bona ad remouendum vestigia pustularum & aliorum vicerum. ℞. argenti viui. ʒ. iiii. decoquatur in ouo hoc pacto: facto foramine in ouo crudo, pone intus argentum viuum, postea obturabis foramen cera, siue aliqua alia re, deinde sub cinere, vel in aqua ad ignem, vsq; ad oui indurationem coque, deinde accipe dictum argentum viuum & argenti sublimati. ʒ. i. aluminis rochæ. ʒ. ij. incorporentur simul in mortario lapideo cum baculo ligneo nitido semper agitando & ponendo parum aquæ rosatæ, vel violarum, aut cucurbitæ, & fiat hoc in mane per multos dies: in sero vero dimittatur quiescere, & sic fiat, donec albescat sicut nix, & hoc totum pone in phiala vitrea, & desuper pone aquam pluuialem claram ad libras duas, & coque lento igne ad consumptionem medietatis, & quiescat donec residat in fundo ad minus per noctem. Et abiecta aqua iterum pone totidem aquæ, & iterum bulliat vt supra: dimitte quiescere & residere, & postea cola per colatorium, istamq; colaturam serua pro vsu ad pustulas sanandas, quæ est mirabilis, crede mihi. Alia aqua fortior, quæ non solum va-

let pustulis exterioribus, sed sanat vlcera mala
 intrinseca oris, palati & gulæ sanat vlcera vire
 gæ et vuluæ, si ea tangentur discrete, Cuius hæc
 est descriptio. & aquæ separationis auri ab argē
 to, descriptionē cuius ponam, vbi modum con
 ficiendi puluerem rubeum, a me angelicū dictū
 docebo. ℞. ij. aquæ rosatæ. ℞. j. misce, & vtere tan
 gendo, vt dictum est in alijs, qđ si fuerit nimis
 acuta, adde aquam rosatam, & erit mitior. Ego
 isto medicamine, vlcera mala oris, & gutturis
 multa sanavi, & est mirabile præsidium, quod si
 contingat oris aliqua inflammatio, vel indigna
 tio, vtere aqua ordeï tepida, vel lacte ouillo, vel
 vaccino, Potes etiam alias lotiones cōponere,
 & aquas pro pustulis, fortiores & mitiores se
 cundum necessitatem, Et quando vis maiorem
 stipticitatem, pone plus de alumine rochino, qđ
 si propter acuitatem sublimati, accidat dolor,
 aut excoriatio, vel tumor, vnge pustulas butyro
 vel laua cum aqua ordeï, aut cum alijs ex extin
 guentibus & mitigantibus dolorem. Nota qđ
 istæ tamen aquæ & vnguenta dicta valent ad
 manuum & pedum fissuras, & ad alia vlcera
 callosa istius morbi, si quis ipsis tangat vlcera
 & fissuras, vel suauiter lauet, & hæc de remedijs
 pustularum sufficiant. Sed quoniam aliquando
 apparent in cruribus, et circa vlcera sunt aliquę
 munitæ

DE MORBO GALLICO

munitæ pustulæ a materia acuta istius morbi, q̄
excoriant et maximam caussant dolorem, quas
isto linimento si inunxeris, sanabis. R̄. vnguēti
de tuchia, populi rosati Mesuæ añ. ʒ. j. lithargi-
ri argentei, chimoliæ acaciæ añ. ʒ. ij. succi plan-
taginis solatri añ. q. s. misce & ducantur in mor-
tario plumbeo, donec perfecte incorporentur,
quo vnge excoriationē & parua vlcera, & sana-
bis & hæc satis de pustulis &c.

Caput. III. De his quæ opi-
tulantur doloribus

QUum dolores fiant in oibus partibus
corporis, vt ipsa testatur experientia, &
de eorum caussis iam dixerim, succuratur secū-
dum diuersitatē dolorum & membrorum, qui
vero sunt intensi cū fortioribus, & quādo sunt
remissiores; cum mitioribus medicaminibus, ab-
intra & extra applicatis, Et quoniam verior cu-
ra est remouendo caussam, Ideo imprimis de
his quæ intra sumūtur dicam, quæ & si non tol-
lunt totalem caussam, tamen remouent secundū
partem, & sic mitigant dolores per aliquod tem-
pus. De quibus sunt electuaria iam dicta in cu-
ra per pharmonicā, & etiam sunt pilulæ ibi di-
ctæ, ad quam partem oportet redire. Sed ultra
illa scribā remedia alia per me sæpissime exper-

NICOL. MASSA

ta in multis, & in primis pilulas ex inuentione
 nostra, quæ euacuant materiam antecedentium
 & coniunctam accidentium, morbi gallici in-
 ueterati, & sic mitigant dolores per tempus, in
 quacuncq; parte corporis existentes, quarū hæc
 est descriptio. ℞. saterit. ʒ. j. hermodactylorum. ʒ.
 ij. mirobolanorum chebulorum, citrinorum in-
 dorum añ. ʒ. j. ʒ. agarici, mastiches añ. ʒ. ij. ʒ. in-
 giberis. ʒ. j. specierum hieræ piræ. ʒ. ʒ. ʒ. aloes bo-
 næ. ʒ. j. ʒ. diagridij. ʒ. ij. fiat massa cum succo cu-
 cumeris asinini, & succo rosarū, dosis est vsq;
 ad drachmam vnam. Aliæ pilulæ expertæ, vt su-
 pra valentes & sunt fortiores, quæ mirabiliter
 tollent dolores. ℞. specierum hyeræ picræ, masti-
 ches, mirobolanorum citrinorum, chebulorum
 indorum. añ. ʒ. ij. interioris colocyntidos, elate-
 rij, hermodactylorum satyrij, zingiberis añ. ʒ. j. ʒ.
 ʒ. serapini. ʒ. iij. ʒ. salis indi. ʒ. ij. fiant pilulæ suc-
 co cucumeris asinini, & succo rosarū, & dosis
 earum est vsq; ad. ʒ. j. Educunt materias crudas
 a quacuncq; parte corporis, & maxime a iun-ctu-
 ris & capite. Alię pilulæ quæ anodine dicuntur
 mitigant dolorem euacuando vt supra. ℞. pilu-
 larum cochiarum almanforis. ʒ. viij. aloes bonæ
 ʒ. viij. hermodactylorum. ʒ. iij. diagridij. ʒ. j. rosa-
 rum rubearum. ʒ. j. ʒ. fiant pilulę succo rosarum
 & dosis est. ʒ. j. Aliqui vero sedant dolores eua-
 cuando

DE MORBO GALLICO

quando cum puluere hermodactylatę sumendo
 3. j. 5. descriptionem huius nullibi me legisse me
 mini, sed credo eam esse magistralem ab aliquo
 innominato, & ideo ponam eius descriptionē
 & si aromatarij fere omnes eam componant, &
 confert doloribus podagricis a materia frigida
 & aliorum membrorum & maxime doloribus
 morbi gallici, cui⁹ hęc est descriptio. R. hermo-
 dactylorum, turbit añ. 3. iij. diagridij. 3. ij. 5. zing-
 giberis. 3. j. mastiches. 3. 5. sacchari fini. 3. vj. mis-
 ce & fiat puluis subtilissimus, dosis est vsq; ad
 3. ij. Et quoniam sunt quidam abhorrentes ele-
 ctuaria, pilulas & pulueres, ideo ego sæpe iu-
 beo hoc solutiū in forma solida siue in rotulis
 sumere. R. diatragacanthi frigidi, succi cydoni-
 orum añ. 3. ij. hermodactylorū zingiberis añ. 3.
 5. turbit electi. 3. j. diagridij. 3. iij. tereniabin, suc-
 ci rosarum añ. 3. j. mucillaginis seminum cartae-
 mi. 3. 5. sacchari fini. 3. xvj. misce & fiat confe-
 ctio in rotulis, & dosis est. 3. 5. vsq; ad. 3. vj. Et
 nota quod hora conuenientior assumptionis so-
 lutiui p doloribus est in sero ante tempus siue
 aduentum paroxisimi, siue ante tempora princi-
 pij doloris, & est circa horam vigesimam secun-
 dam, & hoc quoniā materia ista viscosa melius
 educitur p pharmacū, quādo mouetur a natura
 & etiam minori molestia, vt in multis experiē-

tia mihi notum fecit, & ista sufficiant per intrinsecas applicationes. Et ad ea quæ extrinsecus applicata conferunt deuenio, quæ quum sint diuersa dolorẽ diuersimode mitigant, stupefactiua uero, & si dolorẽ mitigant, non tamen in isto morbo applicanda sunt, quoniam augent malignitatem frigiditatis materiæ sua frigiditate, destruantque calorem innatum membri & materiã ingrossant, & ipsã difficilioris resolutionis reddunt, quare nullo pacto applicanda sunt, nisi in casu mortis &c. Anodina medicamina, quæ indolentia dicuntur, applicata aliquantisper conferunt, quoniã sunt satis similia calori naturali, aut parum excedentia, ut omnes medici docent, quæ sunt, ut oleum anethinum, chamemelinũ, rosaceum, de andacocha, liliorũ & alia quæ confortant membri virtutem, & subtiliant materiã coniunctam, & præparant eam ad resolutionẽ vel euaporationem, quum etiam sit mitigatio doloris, si loca doloris istis calidis ungas, Hoc idẽ flores in dictis & herbæ ingredients faciunt, si in emplastris aut fomentis ponantur, vel alio modo applicentur, Verum oportet medicamẽ diuersificare secundum diuersitatem humoris prædominantis & membri patientis, ut docet Galenus tertio techni, & aliquãdo quum materia est multum frigida & viscosa, adde calefacientia

DE MORBO GALLICO

tia secundum necessitatem, vt stichada, & oleū
 liliorū, & alia experta, de quibus statim per me
 multa medicamina bona ponam. De eradica-
 uis ex toto, in ista ægitudine sermo iste non est
 quoniam prædicta sunt in alijs modis curæ era-
 dicatiuæ, sed de expertis mitigantibus quorum
 ista est vna emplastri descriptio. R. farinæ semi-
 num lini, ordeï, florū chamemelli, meliloti añ
 ʒ. j. saluiæ, absinthij, stichados añ. ʒ. ʒ. vini mōta
 ni dulcis quantum sufficit. Puluerisanda pulue-
 risentur, & fiat ex eis emplastrū, & pone super
 locum doloris, quoniam resoluit & mitigat do-
 lorē, quādo materia est nimis frigida & grossa.
 Aliud emplastrum eiusdem virtutis, R. florū
 chamemelli puluerisati stichados añ. ʒ. ʒ. her-
 modaetylōrū. ʒ. j. olei chamemellini, vini aro-
 matici, mellis optimi añ. ʒ. ij. muscillaginis sem-
 lini, fcenugræci, & radicū althææ añ. ʒ. j. buliāt
 ad ignem, vsq; quo emplastri formam recipiat,
 & pone super locū doloris calidum. Aliud em-
 plastrum pro pauperibus, & confert. R. furfuris
 florū chamemelli, añ partes equales buliant cū
 sapa, quantum sufficit, vel cum vino dulci, & fi-
 at emplastrum, & pone super locum doloris,
 quidam etiam cum absinthio calefacto super
 lapidem ignitum, extinctū vino, calidū ponēdo
 super

super locum succurrunt doloribus. Et alij cum
 furfure in caldario calefacto, & in sacco posito,
 super locum doloris deinde applicato, mitigant
 dolorem. Et ego sæpe expertus sum, & inter
 remedia quæ aliquid conferunt (quoniã pauca
 sunt quæ conferunt) est de melioribus. Possu-
 mus hoc idem facere cum fomentis: verbi gratia.
 ℞. florum chamemelli, melliloti, aneth, saluig
 stichados, absinthij añ. m. i. bulliant in vino aro-
 matico, & infunde in ipso calido spongiã, quã
 bene expressam pone super locum doloris, con-
 tinuando vnã applicationem, post aliam &c.
 Et tu potes lauare, & etiam cum alijs ingenijs
 sic procedere, vt cum cerato nostro, in cura per
 vnctiõnem scripto hoc idem facere, & hæc de
 sedatiuis dolorum satis dicta sint &c.

Cap. IIII. De modo resoluendi, maturan-
 di, & aperiendi apostemata dura
 siue gumas.

Apostemata dura siue gumæ succurrãtur
 secundum diuersas intentiones ipsorum
 apostematum, videlicet: secundum propriam ex
 laudabilibus intentionem, namq; apostemata
 vno quatuor modorum terminantur, scilicet resolu-
 tione, suppuratione, corruptione, & indura-
 tione, ex sententia principis, tertia quarti cap. ij.
 ex quibus duo sunt laudabiles, videlicet primi,
 & duo

DE MORBO GALLICO

& duo mali, scilicet vltimi, de quibus nihil dicā
 ne sermo sit longus. Si igitur vis a principio re-
 soluere, procede cum mollientibus calidis, in quibus
 sit aliqua siccitas, & non transcendant pri-
 mum gradum, vt docent omnes doctores, quæ
 sunt multa, videlicet, pinguedo gallinæ, anatis,
 oleum chamemelinum, liliorum de kerua, & Se-
 rapio laudat multum ammoniacum, & est mi-
 rabile, vt dicit, quis excedat in caliditate, quare
 & c. ex istis potes componere, & vngere tumo-
 res vel gumas dicti morbi, vel etiam pone cera-
 tum nostrum scriptum in fine curæ per vnctio-
 nem, quoniam est medicamen mirabile in resol-
 uendo. Vel pone hoc emplastrum, si dicta non
 conferunt. R. ysopi, cerati domini Mesuæ, dia-
 quili parui, emplastri de meliloto añ. ʒ. i. pingue-
 dinis gallinæ, equi, medullæ crurium vituli añ. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. misce, & ad ignem fiat emplastrum, & po-
 ne super duritiem, resoluit & mitigat dolorem.
 Aliud emplastrum eiusdem intentionis. R. dia-
 quili cum gumis, vnguenti mollitiui añ. ʒ. i. am-
 moniaci dissoluti in aceto. ʒ. ʒ. ʒ. pinguedinis an-
 seris, terebitine, añ. ʒ. ʒ. ʒ. mercurij. ʒ. i. misce & fi-
 at vnguentū in bona forma, quod dissoluit oēm
 duritiem morbi gallici, si supra apponatur.
 Aliud vnguentum siue linimentum resolutiuū,
 R. pinguedinis gallinæ, anatis, anseris, añ. ʒ. i. me-
 dullæ

dulla crurium vituli, & crurium porci añ. ʒ. ʒ.
 olei de chamemelo. ʒ. vj. misce, & fiat linimentū
 cum quo vnge duritiem sæpe. Aliud linimentū
 resolutiuum bonum. R. vnguenti dialtheæ. ʒ. i.
 olei liliorū alborū, pinguedinis gallinæ, butyri
 recētis añ. ʒ. ʒ. misce, & vnge locū actu calidū.
 Aliud vnguentū resolutiuū, qđ ponitur sup du
 ritiē extēsum sup coriū, vel pannū lini. R. āmos
 niaci, bdellij, galbani, añ. ʒ. i. dissoluātur in aceto
 deinde adde mucillaginis se. lini, foenugræci, al
 theæ añ. ʒ. ʒ. lithargiri. ʒ. ij. bulliant vsq; quo for
 mam cerati recipiat, semper baculo agitando, et
 vtere. Ad idem multū confert diaquilon cum
 gūmis, qđ sæpe expertus sum, resoluit & molli
 ficat omnem duritiē &c. quare vtere remedijs
 dictis secundum necessitatē. Nota tamen qđ si
 in linimentis prædictis aliquando pones portio
 nē vnguenti nostri benedicti descripti in cura
 p vnctiōē, melius & citius resolues vnāquāq;
 duritiem. His igitur factis, si durities siue apo
 stema gumosum non resoluatur, sed potius ad
 maturationē declinare videbis, tunc cum matu
 ratiuis adiuuare oportet, cum medicus sit adiu
 tor naturæ, & non impediens, vt dixit Hip. de
 quibus ponā descriptiones multas, & primo em
 plastrum maturatiuum, quod omne apostema
 durum & maxime morbi gallici maturat. R.
 mucil^o

DE MORBO GALLICO

mucillaginis altheæ, fœnugræci, de se. lini añ. ʒ
 vj. fermenti, axungia gallinæ, radicū liliorum al
 borum super prunas coctarum añ. ʒ. iij. radicū
 altheæ elixatarum, & bene pistarum. ʒ. iiij. ficuū
 pinguium bene pist. vnci. ij. incorporētur, & fi
 at emplastrum secundum artem, & pone super
 apostemata. Aliud emplastrum maturans apo
 stemata dura. & radicis altheæ bullitæ, axūgia
 porcina, gallinæ añ. vnc. iij. pinguedinis cerui,
 resina pineæ terebintinæ añ. vnc. i. ʒ. misce & fi
 at emplastrum ad ignem & valet multum ma
 turans apostemata dura. Aliud emplastrum ma
 turatiuum, & radicum liliorum alborum, altheæ
 añ. vncias. vj. decoquantur in aqua communi,
 postea pistentur subtilissime, & adde farinā fœ
 nugræci, s. lini, tritici añ. vncias. ij. ʒ. & cum de
 coctione dictarum radicum fiat emplastrum
 ad ignem, & in fine adde pinguedinē gallinæ,
 porcina, butyri recentis, añ. vncias. ij. mi
 scendo bene. Aliud emplastrum maturatiuū,
 & resolutiuum. Reci. radicum altheæ vncias
 vj. incidantur, & bulliant, & subtilissime pisten
 tur, postea accipe totidem pinguedinis porcina
 per setariū colatæ, & in mortario incorporētur,
 & pone super apostema. Ad hoc aliquando va
 lent diaquilon magnū, & vnguētum mollitiuū
 seu de mucillaginibus sup locum retentū, quo
niam

niam maturant & resoluunt, vt est. R. radicis
 brionia elixata & pistata, axūgia porcina co-
 lata añ. partes æquales incorporentur & vtere,
 quoniã maturat & resoluit & est de secretis etc.
 Ex dictis potes multa alia componere resolu-
 tiua, & maturatiua, & ipsis addere. Potes etiam
 facere fomenta maturatiua. & resolutiua, cū re-
 bus appropriatis, quam rem tibi dimitto & c.
 Facta maturatione aperiatur apostema cū phle-
 botomo, vel alio instrumento incidente, & hoc
 secundum incessum villorum præterq̄ in fronte
 & in sumine, & alijs locis quæ contrario modo
 aperiuntur: causam vide tertia quarti ab Auic.
 Quod si aliquod nocumentum per incisionem
 timueris, vel si magis diligis cauterium actuale
 propter eius confortationem, aperi cū ipso &
 sit gladiale & c. verum qa multi timent a ctuale
 & si potentiale non sit, ita tutum faciendum ta-
 men est, si non habes aliam viam, urgente ne-
 cessitate, & cauteriū potentiale sit domesticum
 & correctum. Et caue ne ipsum super iunctu-
 ras vel nervos ponas ne destruat membrum ope-
 ratio. Et hoc debemus tam in actuali q̄ in potē-
 tiali aiaduere. Et ego sæpe vtor isto in apo-
 stematibus dicti morbi, & in bubonibus aperiē-
 dis & est tale. Reci. sublimati. ʒ. ij. ʒ. vnguēti po-
 pulci. ʒ. iij. opij. g. v. lapis hematitis. ʒ. ʒ. ʒ. misce,
 & fiat

DE MORBO GALLICO

Et fiat vnguentum, & pone sup apostema ma-
 turū secundū quantitātē foraminis quod facere
 intendis, qm̄ aperit si p sex horas supra steterit,
 & postea eleuato cauterio, pone ad pcurandū
 calum escaræ, butyrū cum folio caulis vsq̄ dum
 escara cadat, vel potes loco dicti cauterij vti
 oleo de vitreolo, & est mirabile sine dolore cau-
 terifando. Et fit hoc modo. Reci. vitreoli roma-
 ni siue ciprini. ꝑ. xxx. salis nitri, aluminis rochæ,
 añ. ꝑ. iiii. misce & puluerisentur oīa, & calcinen-
 tur ad ignē secundum artē, postea pone hoc cale-
 cinatum in boccia curua lutata ad ignē fornacis
 alchimistarū, & p ignē auctum habebis in reci-
 pienti oleum, quod est cauteriū mirabile, & sine
 pari in quacuncq̄ operatione & maxime in scro-
 fulis & verrucis magnis eleuandis, sed recipiēs
 sit magnū si vis facere dictum oleum. Nota
 tamen quod quando cōpono cauteriū cū sub-
 limato, & volo ipsum sine dolore, dimitto ip-
 sum quiescere per aliquos menses, & pono etiā
 duplicatam dosim opij, & ipsum cauterizat si-
 ne dolore vel cū minimo, quod si ipsum poten-
 tius desidero, addo plus de quantitate sublima-
 ti &c. Aliud cauteriū valde mirabile aperiēs
 apostema, & scrofulas sine dolore notabili.
 Reci. cineris lignorum montium libras. x. aquæ
 fontis libras. xxx. bulliant ad consumptionem
 tertiae

tertiæ partis, deinde accipe calcē viuam integrā
 quantum sit sufficiens, ita vt aqua supernatet p
 duos digitos, & pone in dicta aqua siue lixiuio
 & sic dimitte per dies octo, miscendo semel in
 die, postea cola p colatoriū, & in colatura adde
 aluminis fecis siue tartari. ℥. vi. & dimitte ferme
 tari dies octo, & cola vt supra. Deinde. R. librā
 .j. dictæ colaturæ, aquæ cū qua fit sapo librā. s.
 pone in catia ad ignem, & bulliant vsq; ad spif
 situdinē mellis, & habebis causticum mirabilis
 operationis, vel fiat hoc idem in aperiendo apo
 stema cū trociscis calidi cō in antidotario Dinī
 in expositione tertiæ & quarti fen. quarti cano
 nis, vel cum trocisci alchadicū. D. Mesuz cap.
 de polipo, vel cū aliquo alio descripto ab anti
 quis & modernis. Semper tamen, siue cū a ctua
 li, siue cum potenciali cauterio apostema aperire
 intendis, securissimū est supra locum p quatuor
 digitos ponere defensiuum ad retinendum, ne
 noua materia propter dolorē currat ad locum.
 Et hoc potes cū isto facere. R. boli armeni, sang
 uinis draconis, chimoleæ, acatiæ añ. ℥. s. vngu
 enti de plumbo. ℥. j. albi ouorum, aceti añ. q. s.
 misce & fiat vnguentum in mortario, & pone
 vt supra, quoniam mitigat etiam dolorē.
 Aliud vnguentum defensiuum. R. vnguenti no
 stri benedicti. ℥. iij. sanguinis draconis chimoleæ

DE MORBO GALLICO

lex boli armeni, acatiæ añ. ʒ. ʒ. camphorę. ʒ. ʒ.
misce, & pone vt supra &c. & sic vnumquodq;
apostema aperies &c.

Caput. V. De cura omnium ulcerum

morbi gallici

APerto igitur apostemate, reliquum est de
curatione vlcerū dicere, sed cum in tam
maligna aegritudine, tot diuersitates vlcerū sint
& (vt oīa vnico verbo complectar) oīa genera
malignitatū vlcerum in tali morbo apparent.
Et ideo non sicco pede hac in parte ambulare
decreui, sed aliquantisper experefacere me-
dentes, intelligo rememorandum id quod dictū
est in cap. de essentia istius morbi, videlicet de
occulta & maligna qualitate in isto morbo re-
perta, quæ non solum radicem impedit curam
sed etiam accidentium, inter quæ enumerata fu-
erunt vlcera, quæ diuersimode impediuntur, vt
testatus est Galenus, quarto de morbis curādis
cōtra Tessalū, & alij doctores etiā, q̄ impedimē-
ta sunt multa. Et priō ex parte vlceris, in eo q̄
est soluta cōtinuitas, est figura quæ vel circula-
ris vel fistularis. Impedit etiam ex parte saniei,
qm̄ aut est nimis subtilis, vel nimis grossa, aut
nimis calida frigida & de alijs qualitibus, a
quibus sequitur corrosio, mollificatio, exicca-
tio &cet. aut quia habent occultam qualitatem
vtdixi

NICOL. MASSA

vt dixi, q̄ in istis est pessima caussa impedimen-
 ti consolidationis. Sūt etiam ex parte membri
 in quo est vlcus, aut quia naturaliter debile vt
 crus, aut quia multa humiditas naturaliter in ip-
 so abundat, vt in vulua, & gutture, Sūt etiam ali-
 quando ex parte mēbri demandantis, vt est he-
 par in istis, quoniam quotidie nouas superflui-
 tates ad ipsa vlcera hepar transmittit, vel ex par-
 te totius, quoniam corpus est cacochymum & c.
 Complicationes etiā cum alijs ægitudinibus
 materialibus & immaterialibus sunt impediē-
 tes. Et multi sunt alij modi, vt est ostracofitas
 labiorum, corruptio ossium & c. per quos om-
 nes fit impedimetum consolidationis. Sed quo-
 niam in istis tota vis est, ideo in primis regulas
 quasdam vniuersales pro istis ponā, postea ad
 particulares deueniam. Et primo si figura fistu-
 laris est impedimentum, & sit in loco vbi possi-
 bilis sit apertio, sine patiētis particulæ discrimi-
 ne, aperiatur instrumento, vel cauterio, si autē
 non est possibile, ponantur per siringa lotiones
 & vnguenta dissoluta, vt dicam statim. Quod
 si figura circularis in caussa fuerit, reducatur vl-
 cus ad aliam figuram, aliquo leui medicamine
 domestico secundum medici iudicium.
 Quod si grossities saniei impediatur, subtilietur
 cū digestiuis, in quibus sit virtus digestiua cū
 incisione

DE MORBO GALLICO

incisione, Quod si saniei subtilitas fuerit, ingrossetur cum conseruantibus calorem, in quibus sit viscositas aliqua, vt sunt glutina &c. Et si caliditas vel frigiditas & alia qualitates impediatur procedatur suo contrario, & remouebis consequentia, quae fuerunt corrosio, & reliqua supra dicta, Qualitas occulta remouenda est cum his quae habent proprietatem, & sunt experta, vt sunt vnguenta in quibus ingreditur argentum viuū & etiam puluis a me angelicus dictus propter eius angelicam in tali morbo operationem, & est medicina mirabilis, cui non est par, Si vero a me bri debilitate consolidatio impediatur, confortetur calidis, in quibus sit proportio cum membro, quoniam vt inquit Auic. aegritudo suo medicatur contrario, & conseruatur sanitas suo simili, & Galenus dixit calidiora calidioribus applicanda &c. Si autem hoc ab humiditate, ad membra naturaliter fluente fuerit, vt exiccationibus fortibus, Quod si impediens membrum transmittens fuerit, vt hepar, aut renes, vel cerebrum purgentur membra illa, & reificentur si est possibile, Sic etiam in corpore cacochymo facies, malos purgando humores, Quod si propter complicationes alterius aegritudinis, curetur aegritudo complicata impediens, non tamen dimissa ex toto vlceris curatione, vt docet Auic. quarta quarti &

ti & quarta primi cap. ultimo. Et sic remouendo vnāquamq; causam, omne genus vlcerū sanabis, vt remouēdo duritiem ostracosam medicamine acuto, vel instrumento apto, Et ossium corruptionem siue denigrationem remoue medicamine faciente relaxare squamas, & frustra ossis corrupti, & cum appropriatis, vel instrumentis, vt sunt fricatoria, scalpro, & tripagno, vel aliquo alio instrumento secundum necessitatem membri & quantitatem corruptionis ossis, & hæc dicta sufficiant. Et remedia quæ vniuersaliter superius tetigi, particulariter hic scribam, & primo vnguentum digestiuum vlcerum morbi gallici, quando sanies est cruda & grossa. R. axungia porcina, terebintina añ. ʒ. ij. butyri. ʒ. j. olei liliorum alborum. ʒ. j. mercurij. ʒ. ʒ. succi aranciorum. ʒ. vij. misce & fiat vnguentum, quo licinia vngantur ponenda in vlcus, & etiam pannum quo cooperies vlcus, dicto vnguento illinies, & secundum membri conditiones ligabis &c. Aliud vnguentum digestiuum valet vt supra. R. vnguēti basiliconis domini Serapionis, dialteæ. añ. ʒ. j. terebintina. ʒ. ʒ. misce & fiat vnguentum, & vtere vt supra. Aliud vnguentum, digestiuum eiusdem virtutis. Recipe. terebinthina butyri añ. vnciam vnā vnguēti resinoti vnciam.

j. vitelli

DE MORBO GALLICO

.j. vitelli ouorum num. ij. croci. 3. 5. misce & fiat
 vnguentum. Aliud vnguentū digestiuum quā
 do sanies est virulenta, subtilis & corrosiua R. te
 rebintinæ lotæ. ʒ. iij. vitelli ouorū numero. ij. olei
 rosati lithargiri añ. ʒ. j. in primis ducatur lithargi
 rium oleo rosato, ita vt fiat perfecta mixtio, po
 stea adde terebintinam & oua &c. & fiat vn
 guentum. & vttere super lincinia vt dictum est.
 Aliud vnguentū vt supra digestiuum. R. vnguē
 tum de plumbo, terebintinæ añ. ʒ. j. butyri. ʒ. 5.
 axungia porcina. ʒ. j. 5. argenti viui. ʒ. j. fiat vn
 guentum secundum artem dictam, & vttere.
 Potes etiam procedere isto. R. olei rosati, terebin
 tina clara, vitelli ouorum añ. ʒ. j. misce & fiat
 vnguentū & vttere &c. Facta digestionē q̄ cog
 noscitur per bonitatē saniei, in albedine, lenitate
 & equalitate, oportet mundificatiuis procedere
 & hoc secundum diuersitatē saniei, vlcera &
 mēbrorū. Et in primis scribā vnguenta mundi
 ficatiua cōia postea particularia notabo Vnguē
 tum igitur mundificatiuū cōe est hoc. R. terebi
 tina vncias. ij. mellis rosati. vnc. j. farinæ ordeī
 q. s. misce & fiat vnguentum, qđ mundificat sa
 niem laudabilē in quacūq; parte corporis. Ali
 ud vnguentū mundificatiuum cōe pulueribus
 R. terebintinæ vncias. ij. mellis rosati. ʒ. j. farinæ
 ordeī, mirrhę libani mastiches. añ. ʒ. ij. misce, fiat

vnguentum & vtere super licinia, vt dictū fuit
 Et ne pars ista ex multorum vnguentorum de-
 scriptione sit nimis tēdiōsa, vtere vnguentis cō-
 munibus ab alijs autoribus scriptis, secundum
 necessitatem, verbi gratia in vlceribus capitis,
 vtere vnguento de gūma ellemi, vnguento de
 betonica, vnguento de matrisilua &c. & alijs
 in membris secundum membri naturam, & vl-
 cerum, vnguento apostolorum in vlceribus pu-
 tridis, sordidis, malis & profundis, vel fustulo-
 sis, Quod si non potes alio modo, dissolue vno
 guenta cū vino vel aliquo alio appropriato vt
 lixiuium & aceto &c. & multū confert dissol-
 uere vnguentum ægyptiacum cum aceto vel vi-
 no, & in fistulam iniicere, quoniam remouet du-
 ritiem siue carnem callosam &c. Potes etiā vtī
 vnguento ceraseos magno dñi Mesuæ. Et in
 minus malignis, miscendo dicta vnguēta, vno
 guento basilicone, vel vnguento rasino, aut au-
 reo dñi Mesuæ. Et quādo vlcus est calidū, pos-
 sumus applicare mundificātia alterius ordinis
 vt est vng. tuchia, & est pōpholigos, vng. de ce-
 ruffa, camphora & sine camphora secundū ma-
 iorē & minorē inflammationem, & est factum
 magistraliter succo solatri & decoctū, vel vng.
 de plumbo & in aliquo casu vnguentum de mi-
 nio camphora & sine, & alia q̄ plurima mundifi-
 cantia

DE MORBO GALLICO

cantia q̄ sunt eiusdem virtutis cum extinctione
 &c. & aliquando miscere vnum alio, vt dictū
 est, secundū alias cōplicationes ægitudinis vel
 accidentium cum ipso vlcere, & sic extinguere
 caliditatem, aut prohibere corrosionem & alia
 remouēdo accidētia, phibentia consolidationē.
 Et habita sic consideratione oīm tā accidentiū,
 q̄ aliorum impediētū, recte procedes in ista
 ægitudine, in qua tanta malignitas reperitur
 vt sensu apparet, taliter quod medicamina scrip
 ta ab antiquis non semper cōferunt, sed potius
 q̄nq̄ irritant huiusmodi vlcera morbi gallici, et
 quū sit ita experta per me & alios sc̄pe, medica
 mina hic scribere intendo cum eorum virtutib⁹
 vt ipsa canonicè vnicuiq̄ vlceri, & loco appli
 care valeas. Et in primis puluis angelicus a me
 dictus p̄pter mirabilem eius operationē & an
 gelicam in isto morbo, nam est medicina exic
 catiua cū aliquali domestica & sine dolore cor
 rosione carnis mollis & superfluc, & est remoti
 ua malæ qualitatis occultæ vlcerū, & maxime
 morbi gallici, estq̄ digestiua cuiusq̄ saniei, &
 mundificatiua, remouēs deambulationē & cor
 rosionē, & prohibet deambulationē gangrenæ,
 dissoluitq̄ sanie[m] grossam siue duram indige
 stam post apertionem gummarum. Et huic me
 dicamini non est par in tali morbo, quoniam si

ipſo procedes, vſq; ad perfectam cutis genera-
tionem ducit, vt ego ſæpe expertus ſum. Et eſt
nobilis in virgæ vlceribus malignis: Et mo-
dus conficiendi ipſum eſt iſte. R. argenti viui
librã .i. pone in cucurbita parua vitrea, deinde po-
ne deſup aquę cū q̄ ſeparatur aurū ab argēto li-
bram vnã & pone cucurbitã in olla, & in ſpa-
tio inter cucurbitam & parietem olla pone cin-
nerem: vt conſeruetur olla, ne ex immediato cō-
tactu ignis rumpatur, quæ olla cum cucurbita
intus ponatur ad ignem inprimis lentū, poſtea
augeatur modo quodam medio: & ſic cum for-
ti igne dimittatur vſq; quo tota aqua conſum-
pta ſit, quod cognoscitur: q̄ nō euaporat aliqd
ab ipſa cucurbita: & habebis mercurium calci-
natum rubeum, pulueriza ipſum, & ſi intus alia
qua portio argenti viui remanſerit: pone dictū
puluerem, in patella ænea nitida ad ignē, & ſic
miſcēdo dimitte vſq; dum tota argēti viui pars
ſit cōſumpta, & iſto puluere vttere ad omnia di-
c̄ta, & maxime ad vlcera virgæ & aliorū loco-
rum, vbi putredo & fanies mala prohibet conſo-
lidationem: & in fiſtulis diſſolue ipſum cum vi-
no, & projice per ſiringa: quoniam mirabiliter
operatur. Modus faciendi aquam ſeparationis
auri ab argēto eſt iſte. R. vitrioli romani libras
.ii. aluminis roche .ʒ. xvi. ſalis nitri librã .i. pone
in cu

DE MORBO GALLICO

in cucurbitam curuam lutatam: vel si vis pone
 in reſtam cum capello ſuo: & recipiente ad ig-
 nem fornacis vt faciunt alchumiſte, & habebis
 aquam cum qua ſeparatur aurum ab argento et
 cum qua fit puluis angelicus, quæ aqua eſt mi-
 rabiliſ ad remouendas verrucas in quacun-
 que parte & maxime in ano & vulua: Cauterizat
 etiam iſta aqua vlcera maligna ambulatiua vbi
 cunq; & in gutture & prohibet deambulationē
 vlcerum vbi ſunt vtputa virgæ, & vuluæ. Sed
 cū eſt nimis acuta oportet lymphare ipſam, cū
 aqua roſacea. Et ego ſæpe ſanauī vlcera mala
 gutturiſ, tangendo hiſ in die cum aqua dicta,
 cum medietate aquæ roſatæ admixta, & eſt de
 ſecretiſ noſtriſ. Et quāuis Ioannes de vigo vir
 doctiſſimus ipſum puluerem doceat cōponere
 ſub nomine pulueriſ rubei: nihil ei debeo in
 hoc, quoniā anteq̄ ipſe ſcriberet, ego ipſum com-
 ponebam, & habui a quodam viro alchumiſta
 ſene q̄ erat mirabilis experimentator: & multa
 alia ipſe docuit me: cuius anima requeſcat in pa-
 ce, quoniam mortuus eſt &c. Hoc viſo de vng-
 uentiſ ſcribam & primo vnguentum mundi-
 ficatiuū vlceriſ morbi gallici expertum, remo-
 uēſ malam qualitatem occultam, & diſſoluēſ
 duriciem gummoſam, reducendo ad bonam
 ſaniem, & mitigat dolorem, carnemque lau-
 dabilem

NICO. MASSA

dabilem generat, cuius descriptio est ista. ℞. mastiches, i. huris, colophonix, cerussæ, argenti viui, olei rosati añ. ʒ. i. ʒ. axungix porcine lib. i. succi aranciorum, ʒ. i. cum quo argentum viuum mortificabis, postea pone axungiam & reliqua in mortario & cum pistillo ducendo fiat vnguentum, cum quo vlcera super licinia & pannu ponendo mundifica. Aliud vnguentum mundificatiuum optimum. ℞. vnguenti rasini, axungix porcine añ. vnc. vj. argenti viui vnc. ij. mastiches, libani, cerussæ, añ. vnc. i. lithargiri vnc. ʒ. olei de myrtho vnc. ij. misce, & fiat vnguentum in mortario, & vtere vt supra. Aliud vnguentum per me mastichinum dictum, & est de secretis, mundificat vlcera profunda, sordida, mala, & remouet malam qualitatē occultam, sanat quodcunq; vlcus virgæ, & vuluæ, aliorumq; locorum humidorum, cui non est par. ℞. vnguenti rasini vnc. iiij. vnguenti damasceni vnc. ij. mercurij, mastiches añ. vnc. i. cerussæ, lithargiri, añ. ʒ. vj. olei myrthini quantum sufficit, fiat ex eis vnguentum in mortario, in bona forma & extensibile, quo vtere, quoniam agris vtilitatem & tibi honorem dabit. Vnguenti damasceni descriptio est ista. ℞. vnguenti rasini vnc. iiij. viridis aris ʒ. i. dissolue in patella ad ignem vnguentum, postea pone viride aris bene puluerizatum in sine
semper

DE MORBO GALLICO

semper bene baculo agitando, donec perfectā
 habeat admixtionem, & est mundificatiuum vl
 cerum profundorum, & putridorum, estq; exic
 catium malarum humiditatū, & cicatrizatiuū
 &c. & hæc de vnguentis sufficiant. Cerata quæ
 ad hanc ægritudinem conferunt sunt diuersa: si
 cut est diuersitas in dispositionibus membrorū
 Ego vero in vlceribus capitis nunquam a ce
 ratis de betonica discessi, & quamuis de ipsis
 multæ sint descriptiones, tamen vnā tantum
 ponam, & est ista. R. terebinthinae, resinæ pineæ,
 olei rosati añ. vnc. vj. ceræ vnc. v. betonicae, ma
 trisiluae añ. vnc. vij. infundantur, herbæ p tres
 dies in vino mōtano, dulci, & oīa alia simul de
 coque ad vini consumptionem, postea per co
 latorium cola, & abiectis herbis pone ad ignē,
 & adde gumi ellemi, sarcocollæ, libani añ. vnc.
 j. pro libra, & ad ignem secundum artem fiat ce
 ratum, quod est mirabile cuicunq; vlceri capi
 tis, & morbi gallici, quoniam cicatrizat post
 incarnationem omnia capitis vlcera, verū quan
 do indigeo maiori exiccatione, pono cum isto
 tertiam partem vnguenti de minio, & est mira
 bilis operationis. In alijs corporis partibus opti
 mum est ceratum de minio vsuale, quoniā mun
 dificat, & cicatrizat vnūquodq; vlcus post in
 carnationem, vel post regenerationem carnis.

Sed vt ultra vsualia, aliqua alia habeas cerata
 scribam ceratum de minio quod confert vt su-
 pra. R. minij vnc. vi. lithargiri aurei vnc. ii. ce-
 ruse vnc. i. libani vn. i. olei rosati: liliorū alborū
 añ. libram. i. sepi hircini vnc. iii. fiat ceratum
 ad ignem secundum artem: & vtere secundum
 necessitatem. Aliud ceratum quod cicatrizat
 quæcunque vlcera fraudulenta mala, & molli-
 cat labia ostracosa: & occultam qualitatem re-
 mouet maximumq; est præsidium tibiærum vl-
 ceribus antiquis, quoniam sanat ipsa sine dubio
 R. lithargiri aurei vnc. vi. boli armeni vnc. ii.
 libani oppopanacis añ. vnc. i. cerussa: minij añ.
 ʒ. i. ʒ. camphore. ʒ. ʒ. ceræ albæ. ʒ. viij. sepi casta-
 ti, olei laurini añ. ii. olei communis. ʒ. v. fiat ex
 istis ceratum secundum artem, & vtere quoniã
 est de secretis expertis ad vlcera morbi gallici
 maligna: nam remouet deambulationem, & ci-
 catrizat, sorditiemq; & alias malas sanies dige-
 rit, & maxime in vlceribus crurium. Ad eandẽ
 intentionem valet & mirabiliter confert cera-
 tum scriptum in cura per vnctionẽ, & ego sepe
 vtor ipso, quoniam incarnat & cicatrizat mira-
 biliter &c. Sed quia aliquando loca vlcerum et
 alia conditiones alias formas medicaminum
 requirunt: ideo his visis: diuersa alia medicamina,
 que

DE MORBO GALLICO

quæ diuersis membris & vlceribus conferunt, scribam. Et primo aqua consolidatiua vlcerum gutturis, palati, gingiuarum, & labiorum, si cū ea bis in die cum radio in cuius capite cotum sit, & in ipsa madefacto vlcera tanges. ℞. aluminis rochæ. ʒ. iiii. sacchari fini, ʒ. ii. viridis æris. ʒ. i. aquarum plantaginis, rosarum añ. ʒ. iiii. buliant ad consumptionem tertiæ partis, & cola, & vtere, Alia aqua quæ est fortior, & nobilioris operationis. ℞. aquæ separationis auri ab argento partem vnã, aquæ rosatæ partes tres, misce & tange vlcera, vt dictum est quoniam sanabis vlcera dicta quia vltra exiccationem, remouet deambulationem, & prohibet descensum materiæ &c. Alia aqua siue decoctio cum qua fit gargarizatio in vlceribus malignis gutturis, & oris, vel gingiuarum, resoluitq; apostemata, & prohibet descensum materiæ, mundificat sanie, & vlcera ad cicatrizationem dirigit. ℞. rosarum, mirtilorum, arnoglossæ, bissingua, plantaginis añ. ʒ. iiii. balaustiorum, gallarum añ. ʒ. v. aluminis rochæ. ʒ. iiii. aquæ plantaginis lib. i. ʒ. bulliãt ad consumptionem tertie partis, & cola & in ipsa colatura pone. ʒ. iiii. syrups acetosi, vel diamori, vel mellis rosati, & de alijs secundum necessitatem.

Alia

NICOL. MASSA

Alia decoctio lauatiua eiusdem virtutis, & maioris efficaciz, & est incarnatiua, confortatiua loci vlcerati, & cicatrizatiua vlceris. R. rosarū rubearum, balaustiorum, mirtyllorum, berberorum añ. m. i. gallas numero. vj. mirrhæ, aluminis rochæ, antimonij añ. 3. iij. aquæ plantaginis in qua ferrum decies extinguitur, vini styptici nō vinosi añ. libras. ij. decoquantur secundum artem, & lauentur cum ista, vlcera, tempore necessitatis in quocunq; membro, & si vlcera sunt in gutture, fiat cum frusto spongiæ in capite radij, vel cum alio ingenio, vt in vuluam iniijciendo per siringa, ita etiam in fistulis: quod si isto ingenio vlcera dicta non potes sanare, & maiorē exiccationem volueris, vt ere isto puluere. R. turthiæ præparatæ, terræ sigillatæ, acatiæ, corallorū rubeorum añ. 3. 5. sanguinis draconis, thuris, seminum plantaginis, mirtyllorum añ. ʒ. i. pulueriscentur & simul incorporentur, & per cannulā in vlcere fistuloso, vel alio loco insufflabis, & hoc bis vel ter in die secundum rei indigentiam ꝙc. Alia lotio siue decoctio lauatiua, valens ad inflationem membri genitalis, & vuluæ præcipue, sanatq; eorum vlcera mala. R. rosarū rub. siccarum, foliorum myrti, corticum granatorū, balaustiorum, tartari vini albi, aluminis rochæ, ordei, seminum caulii, añ. partes æquales, aque
 planta

DE MORBO GALLICO

plantaginis quantum sufficit, fiat decoctio in olla lapidea secundū artem, & cola, & in quacūq; libra decoctionis ponatur. ℥. iij. mellis rosati, & vtere, quoniam mirabiliter vlceribus confert, vt dixi. Postremo cicatrizabis cum vnguento mastichino suprascripto: vnum tamen non præmittam, quoniam iam dictum fuit inter enumeranda signa & accidentia, quod aliquando post curam fissuræ in volis manuum & plantis pedum remanent, & etiam quædam squamositates, quæ sunt malæ non solum propter defæcationem, verum etiam quoniam sunt aliquando cum dolore, quare succurretur sic: In primis purgato corpore, suffumigentur seu lauentur manus vel pedes cum ista lotionē calida. ℞. maluæ, fumiterræ, parietariæ añ. manipu. i. radicis althæ, consolidæ, añ. ℥. iij. ordei. ℥. iiij. bulliant in aqua dulci, cum qua lauentur vt supra. Postea vngantur cum vnguento nostro benedicto, in cura punctionem scripto, vel cum isto: Recipe alborum numero. ij. pinguedinis hirci. ℥. 5. sublimati. ℥. ij. aluminis vsti. 3. 5. misce, & fiat vnguentum in mortario lapideo cum pistillo ligneo, quod si aliqua inflatio vel mordicatio sequatur ex dicto vnguento, vnge locum cū butyro recentis sepe. Et si propter sublimatum times hoc vnguentum, vnge post lotionem manus & pedes

des vnguento nostro hircino cuius hæc est descriptio. R. olei rosati, ceræ añ. ʒ. iij. sepi hircini. ʒ. i. succi rapæ vel napi. ʒ. vj. bulliant ad consumptionē succi, & fiat vnguentū & vttere, qm̄ multum confert in fissuris manuum & pedum morbi gallici, & etiam in vlceribus a vulgari bus buganæ dictis, & valet fissuris manū a frigore hyemis factis, & est medicina in dictis mirabilis. Et hæc de remedijs morbi gallici vlcerum, secundum eorum diuersitatem in figura sanæ & alijs. Sed quoniam sæpe corruptio, putrefactio, aut alteratio aliqua ossis est in causa, ne vlcera consolidentur, vt dixi supra, ideo secundū quantitatem, quū instrumentis tota quantitas tollatur. vtputa cum cauterio ignito, vel fricatorijs & scalpro, Quod si non fuerit magna, sed superficialis & parua, diuersis medicinilibus ingenijs remouebis. Et primo valet puluis iste squamās ossa superficialiter corrupta in quocunq; vlcere. R. radicis yridis syluestris, aristolochiæ añ. ʒ. j. centaurij. ʒ. ij. corticis pini. ʒ. ʒ. misce & puluerisentur subtilissime, de quo pone super os alteratum siue corruptum, quoniam remouet superficiē ossis corrupti siue denigrati. Potes etiam ex dicto puluere & melle facere vnguentum, de quo ponatur super os, vt dictum est, Ad eandē intentionē valet aqua vitæ melle

DE MORBO GALLICO

melle rosato, & calchanto adusto, in qua infundantur licinia & ponatur super os coru ptum, Vel ponatur pulueris euphorbij super os, & est vltimū, Aut fiat puluere iam dicto, ana partium aequalium mixtio & ponatur, vel remoue vnguento Ægyptiaco super os posito &c. tamen semper bonum est munire carnem circum circa aliquo vnguento defensiuo, maxime quando acutissimo medicamine procedimus, vt est euphorbium, & alia &c. Remoto igitur osse corrupto ad perfectam consolidationem, incarnantibus & reliquis vt dictum est venies, De cura morbi & accidentium hæc satis sint, reliquum est de præseruatione a recidiua quæ rationi consona sunt, & experimento probata dicere &c.

Caput. VI. De præseruatione à recidiua, in quo confortantia aliqua ponuntur, & est sigillatio huius opusculi.

Visum est sæpe, & sæpius qui tali morbo laborauere, post sanationem & totalem accidentium remotionem, post aliquos menses, immo post annos aliquos

aliquos in recidiuā pessimam incidere, tum ob dispositionē subiecti tū etiam ex malo regimine in reliquis, quare si aliquas regulas a p̄seruatione dicti morbi posuero, non ingratas fore putauī &c. Rem igitur aggredior, q̄ in tribus magnificis intentionibus consistit. Prima est in sex rebus non naturalibus regimen, de quibus iam sparsim dictum est, & ideo post sanitatem, regimen illud qđ iā dictū est, confert, si quis a recidiua p̄seruari voluerit & maxime regimen contactus in coitu, & alijs cōtactibus fugiēdo dormitionē cū infectis & maxime coitū cum muliere si est homo, aut homine infecto, si est mulier, faciendo lotionē, vino membri virilis vel vuluæ vino calido simplici, vel aceto non vinoso, quod magis mihi placet, quoniā conferuat humores ab alteratione mala, vel fiat lotio in dictis membris ista decoctione. R. rosarum, mirtyllorum, saluix, absinthij añ. m. i. buliant in vino & aceto paruo. Quod si sunt fortia adde totidem aquæ, & laua post coitum immediate. Hoc etiam facito qñ vino aut solo aceto laua bis, & etiam ante coitum, si quis fatuus cum infecta coiuerit sciens &c. Secunda intentio est cōfortare membra non solum intrinseca, sed etiam extrinseca, maxime si passa sint, puta dolores, apostemata vel vlcera &c. Sed quū dictū sit intrinsecum

DE MORBO GALLICO

trinfecum membrum esse hepar, a quo tota quã
 titas materiæ trãsmittitur. Ideo ipsi primo attẽ-
 dere oportet, non obliuioni tradẽdo stomachũ,
 q̃ est membrũ seruiens hepati immediate hoc
 idem dico de alijs membris si fuerint membra
 læsa, p̃ quæ hepati nocumẽtũ fouetur, vt est ma-
 trix in mulieribus in retẽtione mẽstrui, dicebat
 namq; Hypp. mẽstruis euenientibus, & nõ eue-
 niẽtibus fiunt ægritudines &c. Confortãtia in
 primis hepar & stomachũ sunt ista Diarodon
 abbatis, Aromaticum rosatũ, Trialandali, Dia-
 mulchũ dulce. Pliris arcoticũ. Lætificãs alman-
 foris vel Galeni, vel cũ vnctiõibus ab extra
 maxime cordi. & ego vtor ista q̃ñ syncopis ac-
 cidit egris a quacũq; causa. R. teriacq; bong, vel
 mitridati. 3. iij. succi buglossæ. vnc. 5. olei rosati,
 nenupharini añ. 3. v. fragmẽtorũ de gẽmis coral-
 lorũ rubeorũ añ. 3. 5. misce & fiat vnguẽtũ, vel
 fiat epithima cũ cordiali temperata. Et multa
 alia scripta a doctoribus. Et dabis de vno isto-
 rũ rotulã vnã vel duas in mane secundũ neces-
 sitatẽ p̃ quatuor horas ante prædiũ. Et hoc fiat
 p̃ spatiũ vnus mẽsis. ad minus post sanationẽ,
 sed ego vtor sæpe Diarodo abbatis. De tertiã
 intẽtione vtatur secũdũ patiẽtis virtutẽ, aliqua
 euacuatiõẽ leui, respiciente materiã phlegmati-
 cã, de quibus iã superius dictũ est, & virtutes

M corum

eorum in diuersis formis, videlicet in electuario
 is, pilulis, & confectione in rotulis, & ad hoc
 multum valent confectio hamech & pilula no-
 stra (si quis magis pilulas diligat, vel etiam con-
 fectio nostra in rotulis solutiua in cap. de his q̄
 doloribus opitulatur diēta, & sic tuū erit secu-
 dum necessitatē euacuare. Inter cetera summo-
 pere laudo, prouocationē vomitus semel ad mi-
 nus in ebdomada, si fieri potest sine patiētis dis-
 scrimine, quoniam euacuat materiam propriam
 ægritudinis, & præseruat a doloribus iunctura
 rū, & ipsos mitigat, immo aliquñ sanat diuertens
 do materiā, qui vomitus prouocetur per imposi-
 tionē digiti, vel pennæ in ore, vel cū euomitio
 uo domestico verbi gratia cū aqua tepida &
 syrupo acetoso, vel aliquo alio vt est aqua rā-
 phani &c. semper tamen mēbra intrinseca con-
 fortando, tam principalia q̄ fouentia. Puta si fu-
 erit splen, aut renes, vel matrix, aut caput cōfor-
 tetur cum appropriatis ipsis membris, aperiēdo
 splenis oppilationem, & menstrua ducendo, &
 reliqua faciendo secundum necessitatem. Esto
 tamen memor semper de hepate, quod est mi-
 nera istius morbi, Et vt completam doctrinam
 habeas, vttere isto electuario experto pro hepatis
 confortatione, quoniam mirabilis est eius
 virtus, nam confortat hepar discrasiatum per
 frigiditē

DE MORBO GALLICO

frigiditatem, malas humiditates ab ipso genitas
 consumit, stomachum corroborat, sanguinem
 mundificat, & digestionem perfectam procue-
 rat, cuius talis est descriptio. ℞. cinamomi ele-
 cti. ʒ. iij. macis. ʒ. i. casie lignee. ʒ. i. ʒ. florum gra-
 natorum agrestium. ʒ. v. croci. ʒ. i. rosarum ru-
 bearum. ʒ. ʒ. sandalorum rubeorum vnc. i. passu-
 larum. ʒ. v. miue citoniorum. q. s. misce & fiat e-
 lectuarium secundum artem, de quo detur in
 mane ad quantitatem castaneæ aut. ʒ. iij. Vel
 dentur iste rotulæ per me sepe expertæ. ℞. spe-
 cierum Diarodi abbatis. ʒ. i. mirobalanorum ni-
 grarum chebularum indarum rheubarbari ana-
 ʒ. ʒ. epithimi, polipodij, succi fumi terræ exicca-
 ti ana. ʒ. i. succi eupatorij. ʒ. iij. spicæ schœni an-
 thi hoc est squinantij añ. ʒ. ʒ. sacchari fini. q. s. fi-
 at confectio in rotulis cum aqua rosata, de qua
 sumat æger rotulam vnam aut duas in mane, vt
 dictum est supra. Et sic præseruabis a recidiua
 istius ægitudinis. Sed quoniam interdum sunt
 dispositiones occultæ decipientes medicos, ita
 quod iterum redit ægritudo, quamuis sit omnis
 obseruatio & in regimine diligentia, quare non
 oportet desistere, sed cū iterū in dictā egritudi-
 nem veniunt, audacter procede cum regulis in-
 primis curatiōibus dictis, vtz euacuādo, aut cū

potione aquæ ligni indici, vel cū vnctionibus,
 siue cū suffumigijs, & alijs ingenijs iam dictis,
 quoniam sunt remouentia istas occultas pro-
 prietates, & sic domino auxiliante, a quo cun-
 cta procedunt, vnamquàmque gallici morbi dis-
 spotionem sanabis &c. Dicta itaque hæc a me
 satis sunt in negotiosissima vrbe morante, futurū
 est vt quæ cœpta iā sunt de alijs ægitudinibus
 & curis expectes, quæ idem domino fauente p-
 roficiam, Adesto igitur domine supplica-
 tionibus famuli tui, & huic nostri
 opusculi sigillationi, vt ea q̄ tuo
 nomine tuacq; protectione cœ-
 pi, tuo nomine & prote-ctio-
 ne finiantur &c.

**Explicit liber de morbo Gallico ab
 excellentissimo artium & me-
 dicinæ doctore Nicolao
 Massa Veneto æditus.**

LIBELLVS

DE MORBO GALLICO

qui ita perfecte eradicare ipsum ostendit, ut nunquam reuertatur nocumentum, in ore accidere non permittens, neq; in lecto stare cogens cum explanatione arboris signorum editus per Ioannem Almenar Hispanum artium & medicinae doctorem eximium.

TAm graui languentium morbo pietate copulatus, de tanta in curando ipsum medicorum ignorantia dolens, meaq; erga te beneuolentia motus mi charissime Luca summi opificis auxilium implo-ro. Quatenus mentem meam in scribendo illustret: in curando mea sequentibus remedia habilitatem praestet, infirmis in sanando gratiam largiatur. Conabor ergo tibi libellum tradere, quo sanos à morbo Gallico praecauere doceas: infirmos taliter liberes ut nunquam morbus reuertatur: nec uti Empirici faciunt, in lecto stare cogas: nocumentum in ore nullum accidere permittas: incurabiles qui reputantur quandoque tales morbos mirifice sanes: & in curando fistulas, cancrum, scabiem, lepram, & omnes ferè melancholicos morbos doctus efficiaris: neq; hoc à ueritate alienum putet: quoniam si bene perspexeris, ratione & autorita

te id uerum esse comprehendes: & si expertus fueris ad sensum hoc patere cognosces, nec me in hoc opusculo nisi multis experiētijs cōprobata remedia scribere credas, ubi si quid minus bene dixerō æquo animo feras: si autem ex eo fructum consequaris, deo laus & gloria tribuatur, pro mei tamen laboris mercede tibi & quibus hic labor profecerit, dicere libeat. Te deum suppliciter exoramus, ut qui hoc nobis beneficium intulit, tuo beneficio muniatur: ut ab omni animi & corporis miseria liberetur, & nos liberemur. Amen.

Diuisio opusculi talis;

In primo Capitulo determinabitur de origine morbi eius definitionem concludendo.

In secundo de causarum ipsius indagatione.

In tertio de Signis.

In quarto de Cura.

In quinto de Cautela in euitando hunc morbum.


In sexto de Solutione pulchrarum difficultatum.

In septimo pro his qui in medicina parum exercitati sunt, declarabo arborem signorum qua possint huius morbi & aliorum qualitatem comprehendere, & ipsorum causas inuestigare breui ac clarissima uia.

DE MORBO GALLICO

De morbi origine & diffinitione

Caput Primum.



Conuenerunt sapientes quidā ut hic morbus q̄ apud Italos appellatur gallicus, nunc dicatur Paturfa, quod interpretatur passio turpis saturnina, turpis enī morbus est, q̄a mulieres incastas ac religiosas reputari facit, & generaliter omnes deturpat.

Et saturninus, quia a Saturno propter eius ingressum in ariete, alijs cœli dispositionibus coadiuuantibus originem traxit. Et si illi influxus cessauerint, nō propter hoc morbum cessare necesse fuit, quoniam plura corpora infecta remanserunt, a quibus alia inficiuntur, ex quo cōprehendi potest quod adhuc per multos annos hic morbus durabit, ideo caueant hoīes ut de alijs sumpto exemplo de ipsis dici possit, felix quem faciunt aliena pericula cautum. Fuit autem dispositio a cœlesti influxu tūc in corporibus impressa, humorū adustiua, ex parte signi arietis q̄ calidū & siccū existit, & p̄ adustionē, humorū frigidorum & siccorum productiua, ex parte Saturni qui frigidus & siccus natura existit, q̄ humores frigidi & sicci siue melācholici, p̄ adustionem

stionem geniti, pulsi ad varia loca, varios dolores inferunt, & ad cuti varia pustularum genera producant, definiatur ergo sic. Morbus Gallicus siue patura est mala epidemialis dispositio in membris corporis, precipue in hepate & venis & eorum humoribus existens, ex qua veluti accidentia sequuntur dolores & pustulae per vniuersum corpus. Tangitur causa efficiens quum dicitur epidemialis quia a caelesti influxu procedens. Formalis quum dicitur mala dispositio Materialis quum dicitur in membris, etiam tangitur differentia per hoc quod dicit ex qua sequuntur dolores &c. De finali autem causa morbi, medicus corporalis non se intromittit. Spirituales tamen medici debent esse propter punitionem peccatorum, quare qui ab hoc liberari aut ipsum curare procurant, a delictis caueant ut mentem suam deo applicent, Solus enim deus languores sanat ut inquit Mes. in de appropriatis, ex qua definitione plura, ac utilia sequuntur correlaria. Primum quod hic morbus est vnus & non plures ut quidam insufficienter dixerunt, quoniam de ipso non posset vnica dari definitio, neque vnica semper causam haberet efficientem, neque vnica illi competere cura, neque vnicum haberet nomen, quod inconueniens esset ut pro parte apparuit & manifestius adhuc apparebit. Secundum correlarium quod

DE MORBO GALLICO

quod male arbitratur q̄ de hoc morbo capitulū
 inuenisse credunt siue capitula vt de doloribus
 iuncturarum & de assafati, quoniam illis non
 competit diffinitio superius assignata, præterea
 non omnes dolores qui fiunt, sunt in iuncturis,
 neq; omnes pustulæ assimulantur assafati, qua-
 re neq; hic morbus in esse cū illis cōuenit, neq;
 cura eius ad curam illorum reduci potest vt in-
 ferius manifestabitur. Tertium correlarium qđ
 qui curant tantum pustulas, aut qui tantum ad
 dolores aduertunt, imperfecte curant. Quis enī
 perfecte potest curare capitis dolorem aut nimi-
 am linguæ ariditatem vel sitim quæ a febre pro-
 ueniunt nisi prius curetur febris, accidens enim
 sequitur morbum sicut umbra corpus vt Gal.
 iij. de accidenti & hoc pacto dolores vt pustule
 curari non possunt, nisi prius hic morbus cure-
 tur, quoniam ista aut sunt accidentia, aut ægritu-
 dines associatæ quæ sequuntur, principalem &
 curam illius præsupponunt, vt Auic. in prima
 tertij. & plerisq; locis ostendit. Quartum corre-
 larium quod si quis coniungat curam Emperi-
 corum & curam istorum qui regulariter opari
 credūt, vt Emperici vnguēdo et vt medici pur-
 gando, quod adhuc insufficiens est cura, quoniā
 per illa medicamina non remouetur illa mala
 complexio quæ in membris impressa est, & hæc

fuit causa quare multi crediderūt se esse sanos
 & non fuerunt, & si aliquis sanatus est hoc fuit
 quia per medicinas solutiuas & vnctiones fue
 runt humores perfecte euacuati, quibus euacua
 tatis natura fuit potētior supra morbū vel supra
 malam illam cōplexionē & ipsam expulit, hoc
 tamen non factum esset nisi virtus esset fortis
 & impressio fuisset modica, vbi autem virtus
 fuit debilis & impressio fortis non potuit hic
 morbus expelli, propter hanc diuersitatē in vir
 tute & impressione quidā potuerunt sanari ab
 seq̄ medicinis, quidam cum medicinis, & qdā
 nullo modo sanari potuerunt, nos autem osten
 demus modum quem experientia & ratio doc
 cuit, ad sanandum omnes, remouēdo cum me
 dicinis non solum humorē actu facientem do
 lores & pustulas & ipsum qui paratus est face
 re, verum ipsam malam complexionem quę hu
 mores inficit ipsis tamen prius euacuatis, vt re
 gulariter facere conuenit & in hoc consistit
 thesaurus cura, plura alia correlaria inferre pos
 sem, sed quia superfluum est prolongare sermo
 nem in rebus quę in medicatione nullum affeo
 runt iuuamentum, vt ait Galen. primo regimi
 nis acutorum. satis de hoc dictum puto. Super
 est modo de causis determinare.

De cau

DE MORBO GALLICO

De causis morbi gallici.

Cap. II.

CAusarum duplex est genus, quoniam quædam sunt primitiua, quedam corporales, & iste duplices quedam antecedens & quedam coniuñcta, primitiua potest esse in hoc morbo duplex principaliter. Quarum prima est sola influentia vel aeris corruptio per quam causam euenisse septe credendum est in religiosis. Secunda est conuersatio, vt per oscula & laetitias assumptione vt in pueris visum est aut per coitum vt in pluribus compertum est & frequentissime euenisse, alijs autem modis & precipue a sola influenza vel aeris corruptione rarissime, & etiam per alios modos conuersationis euenire potuit quod tuae considerationi derelinquo. Satis est vt scias hunc morbum esse contagiosum vt experientia docet & ratione similitudinis quam habet cum morbis contagiosis non aliter credendum est: vnde Auic. secunda primi in complendo sermonem de dispositionibus ægritudinum quedam sunt quæ de vno ad aliud transeunt, sicut lepra, scabies, variole febres pestilentiales, & apostemata putrida. Causarum vero antecedentium qua duplex est genus secundum quod quatuor sunt humores qui in materia huius morbi transire parati sunt propter eorum indispotionem

tionem, aut qui impressionē morbi suscipere apti sunt vt sanguis cholera, phlegma, melācolia. Causa vero coniuncta est duplex, quia q̄dam est ipsius morbi, & est humor qui primo infectus aut alteratus a causis primitiuis inficit mēbra & alios humores, & hinc dicitur: causæ primitiuae mouent antecedētes. sed causa coniuncta accidētium est humor immediate causans dolores aut pustulas. Sed hic posset queri an mala qualitas existens in humore, qui est causa antecedens, possit esse ægritudo & videtur q̄ non, cum ægritudo sit passio viuētis & humor non uiuat. Ad quod respōdetur q̄ humor existēs in hepate & venis infectus ista mala q̄litate potest esse ægritudinis subiectū, dato q̄ illa mala qualitas adhuc non sit cōmunicata mēbro, quoniā ipsa potest lædere operationē digestiua hepatis & venarū vt humores corruptos generet, ergo per diffinitionē ægritudinis patet ipsam esse ægritudinē. Ad argumētū autē dicitur, q̄ sufficit q̄ viuēs sit subiectū denominatiōnis, siue illud q̄ denoiatur ægrū, nō autē oportet quod sit subiectū inhesionis, imo stat q̄ ipse humor sit subiectum, cui ipsa ægritudo inheret. Et si dicatur quomodo humor poterit esse antecedēs & in eo esse subiectiue ægritudinē? Dico q̄ erit causa antecedēs respectu dolorum & pustularum

DE MORBO GALLICO

pustularum, quia paratus fluere ad loca dolorū
& pustularū & erit etiam causa cōiuncta, p̄ q̄
to causat malam cōplexionē in membro & erit
subiectū ærgitudinis pro quāto habet dispositi-
onem p̄ quam læditur operatio membrri & ip-
sum facit denoiari ægrū. Hæc si bene cōsideres
omnē difficultatem, quæ circa diffinitionē fieri
aut considerari posset compræhendes.

De signis morbi gallici. cap. III.

Signa sunt læsio siue nocumentum in virga
& præcipue corrosio siue nocumētū quod
assimilatur carolis, grauitas capitis, & colli do-
lor q̄ paulatine expanditur versus humeros &
spatulas vsq̄ ad iuncturas primo brachiorum
deinde tibiaram, & aliqñ fit in musculis & læ-
certis & alijs neruis quæ sunt in istis membris
& augetur dolor in nocte & de die diminuitur
Cuius causa est quia humores in nocte a natura
mouentur propter ipsam esse retractam & for-
tiorē & etiā qa ratione humiditatis noctis ma-
teria augetur, aut ratione frigiditatis, de die au-
tem natura diuertitur a sensibilibus & alijs, &
non ita humores mouet, tum quia debilitata, tū
quia circa alias operationes occupata, quia etiā
signa causarū ex parte doloris & pustularū ostē-
dā, ex alijs autē iam patebit in arbore signorū
inferius declaranda. Si dolor est acutus & non
multum

multū tarde eminens, & pustulæ sunt parua ad
 citrinitatē tendentes vel vlcerantes: & in cute
 asperitas appareat, a cholera sunt. Si autē dolor
 est extrinsecus paulatine eueniens: & pustulæ
 sunt late ad albedinem tendentes, a phlegmatæ
 sunt: & si ista apparent & sunt cū pruritu mag-
 nifico & aliquali ardore a phlegmate salso sunt
 Si vero ad nigredinem tendunt & parua etiam
 sunt a melancholia dolore maxime existente
 pauco. Si autem ad rubedinem tendunt, & do-
 lor non est multus, a sanguine fiunt. Ista tamen
 signa confundi reperies, si alia aspexeris signa,
 quoniam quemadmodū raro accidit corruptio
 in humore vno solo, teste Gale. primo regimi-
 nis acutorū, ita raro reperies qđ solū appareāt
 signa significātia sup vnū humorē solum: quia
 oportet oīa signo in mentē colligere: & ea cō-
 parando ad se inuicem cōprehendere, qđ magis
 dominatur & iuxta illius humoris dominium,
 ita curam ordinare.

PROGNOSTICA.

AD HVNC Morbum magis parati sunt mel-
 ancholici propter similitudinem iuxta Aristo.
 secundo de generatione, in habentibus symbolo-
 rum facilius est transitus. & Auic. Conuersio in
 genere

DE MORBO GALLICO

genere proportionali facilius est quā cōuersio in contrariū secunda primi & maxime illi qui sunt melancholici per adustionem, secundo illi qui sunt cholericī, tertio sanguinei propter humorum abundantiam, minus ceteris sunt phlegmatici & horum omnium magis preparati sunt qui habent corpora rara, & adhuc omnium magis illi qui malis humoribus repleti sunt & qui utuntur cibis melancholicis, sicut leguminibus, carnibus antiquis, & huiusmodi. Et quando hic morbus est recens est curabilis, cū autem antiquatur difficilius est curare, & tanto magis quanto antiquior quoniam illa mala cōplexio continue magis figitur, quare qui hunc morbum patiuntur, quā citius possint liberari procurent. Item habentes pustulas eminentes multas, & dolores paucos, facilius curantur quam qui opposito modo se habent, & qui nodos habent qui gume vulgariter appellātur difficilius ceteris curantur. Iuuenes enim ceteris paribus siue adolescentes facilius ceteris curantur. Unde Galenus non est possibile illos qui in ætate plus processerūt magis saluari quam adolecentes. ij. pronosticorum. superest modo ad curam devenire.

DE cura morbi gallici. Cap. III.

Curam

CVram huius morbi per septem intentio-
 nes compleri arbitramur. Prima est ven-
 tris lenitio. Secūda minoratiua euacuatio
 Tertia materia digestio. Quarta ipsius euacua-
 tio. Quinta membrorū alteratio. Sexta ipsorū
 confortatio. Septia accidētū correctio. Sed quā
 plus nocet error in sex rebus nō naturalibus quā
 fit iuuamētum medicinarū teste Serapione quō-
 to practicæ secundo capitulo, & Auic. amplius
 scire oportet quod non omnis cōplexionis ma-
 litia suo medicatur cōtrario &c. immo multo
 es sufficit regiminis bonitas, ideo regimē in sex
 rebus non naturalibus præponēdū est. Vnde li-
 cet sanis etiam debeatur regimē, illud appella-
 tur conseruatiuū. Istud autem curatiuū. Cū igitur
 tur omnis cura fit p̄ contraria, vt Gal. iij. techni-
 & Auic. iij. primi, & hic morbus sit. valde sic-
 cus, regimen debet declinare ad humidū, & quā
 quo ad essentiam eius est calidus, quia adustio-
 uus & quo ad humores frigidus, quia humores
 sunt frigidi & sicci oportet temperare regimen
 in actiuis & in passiuis facere quod declinet ad
 humidū licet propter apertionē & humorū sub-
 tiliationem ac digestionē necessariū sit adminis-
 trare calida, ipsis tñ oportet admiscere aliqua-
 liter frigida & cōfortātia præcipue hepar et ve-
 nas, Quare sit aer in actiuis parūper declinans
 ad ca-

DE MORBO GALLICO

ad calidū. In passiuis autē absolute declinet ad humidū, sit boni odoris & euentatus, & potest fieri in æstate artificialiter huiusmodi sternedo folia cānæ salicis, iunci, vitis, rosa, violas, eis miscendo laurū & res boni odoris, & omnia ista irrorando cum aqua. Circa cibum & potum diæta non debet esse subtilis. Vñ Hypp. tenues & certe diætæ in diurnis passionibus difficiles quarto primæ particule, Fit ergo pannis non calidus nec pluris trium dierū bene coctus & fermetatus. Vinū sit albū, clarum medijs saporis inter dulce & ponticū cū aqua cocta debite pmiætū, aut cū aqua buglossæ, boraginis, similiū & hoc præcipue in declinatione, quia in alijs tēporibus possent plures materiæ duci ad loca dolorū. Ideo si plures dolores adsint bibatur rubeū vsq; in declinationē. Carnes sint ex caponibus iuuenibus carnosissimas sed nō pinguibus et ex pulis et hedis et vitulis lactātibus et agni annuallis carnes fasianorū pdicū, et auicularū paruarū licet cōcedi possunt tñ meliores sunt carnes domesticorū, quia magis de humido participātes. Ex piscibus concedūtur pettæ squamosi uiuentes in bonis aquis et ex supra dictis potest fieri ferculum vt cū lacte amigdalārū et seminū cōmuniū et ptisana ordeacea est valde conueniens, far etiam et huiusmodi. Ex herbis me
N lior

lior est buglossa & borago ipsa vnde versus.
 Borago bona q̄ dulcia sunt tria dona. Semper
 virefcis, & in omni tempore crescis, Inquit Bo-
 rago gaudia semper ago, Itē conceduntur spina-
 chix & in processu feniculus, petroselinum cū
 lactucis & spinachijs miscendo, & ex his her-
 bis & ipsa cicorea potest fieri salatucium cum
 aceto passulato. Legumina omnia præter cicea-
 ra fugenda sunt & caules. Lacticia omnia fu-
 gienda sunt, sed lac fortasse concedi posset vbi
 non esset hepatis inflammatio aut stomachi, vbi
 timeretur eius facilis corruptio, vnde Auic. in
 de cura lepræ. Lac est de conuenientioribus
 medicinis, ergo propter conformitatem quam
 habet hic morbus cum illo posset concedi, ova
 conueniunt sorbilia aut in aqua decocta. Aro-
 mata pro confortatione membrorum, & in pau-
 co vsu, & præcipue cinamomum, concedi pos-
 sunt, ideo in cibarijs potest poni talis puluis. R.
 carui, anisi, ameos, petroselini, apij, maratri, ber-
 thonicæ, cimini, calamenti, pulegij, ysopi, spice
 nardi, piperis añ. ʒ. j. maiorang, folij balsamite,
 ozimi, cardamomi, galangæ, liquiriciæ, añ. ʒ. j.
 hic puluis maxime conueniens est habentibus
 stomachum debilem & cerebrum frigidum, les-
 tificat cor, exacuit sensus, & mirabiliter memos-
 riam

DE MORBO GALLICO

riā confortat, fructus conueniētes sunt tēperati
 In actiuis aut parū ad calidū declinātes & hu-
 midi conueniunt, ergo mora matura & dulcia,
 vva matura, poma dulcia, apia muscata. dactili-
 na & huiusmodi quæ dari debēt cocta sub pru-
 nis. Item conueniunt amigdalæ, pruna dama-
 scena, persica exsiccata & depilata, infusa in vi-
 no granatorum muzorum. Somnus sit tempe-
 ratus, superfluus enim nocet iuxta Hippocratē
 Somnus & vigilia magis modo facta malum.
 Secunda particula afforismorum, minus tamen
 malum est declinare ad superfluum somnum q̄
 ad superfluam vigiliam, semper tamen studeas
 facere quod somnus sit temperatus, vnde Au-
 tertia primi ca. ix. Somnus temperatus virtutē
 fortem efficit. Meridianum autem somnum fu-
 giat nisi pre nimio dolore non potuisset dormi-
 re in nocte. Motus ante cibum factus est con-
 ueniens temperatus, pulsus tamen superfluitati-
 bus primæ & secundæ digestionis, melius tamē
 est declinare ad superfluam quietem q̄ ad super-
 fluum motum, immo quando vtitur medicinis
 necessaria est quies, & ideo isti Emperici co-
 guntur in lecto stare, virtus enim tunc totaliter
 attenda est ad morbi expultionem.

Vitanda est ira, furor, tristitia, timor, sollicitudo,
 N 2 confert

IOAN. ALMENAR

confert letari gauderi, bene sperare de salute sua
confidere cum amicis & dilectis cōuersari. Con
itus autem sit temperatus, & celebrata tertia die
gestiōe. Ventrē habeat lubricū. & si nō natura,
arte, diebus interpolatis faciēdo tale clistere. ℞
malua ℞, fumiterre, mercurialis añ. m. j. boragi
nis. m. 5. fiat decoctio de qua accipiatur. q. s. &
addatur olei. ʒ. iij. salis. ʒ. ij. stomacho ieiuno ima
ponatur.

PRO prima igitur intentione. ℞. cassie nouiter
extracte electuarij lenitiui añ. 3. v & cū saccha
ro fiat bolus, aut distēperentur ista cū aqua fu
miterre, aut aqua fructuum, aut potes exhibere
mannæ cassie añ 3. vj. & cum predictis distem
peratur p diuitibus vel fiat tale clistere. ℞. bliti
mercurialis, malue, florū camomille añ. m. j. fiat
decoctio cui addatur hierepicre. ʒ. vj. cassie sac
chari rubei añ. ʒ. j. olei communis. ʒ. iij. salis. ʒ. ij.
administretur ieiuno stomacho.

PRO SECVNDA intētionē que est materie
minoratio. ℞. florum violarum: florum boragi
nis ana. ʒ. iij. liquiricie ras. passularum enucle. añ
3. ij. prunorum, sebesten añ. numero. v. folliculo
rum senæ epithimi. añ. 3. j. fiat oīm decoctio de
qua accipiatur quantum sufficit, ad distempe
randum cassie nouiter extracte, electuarij leniti
ui añ. ʒ. j. electuarij Indi. ʒ. j. 5. vel tantundē con
fectiois

DE MORBO GALLICO

fectionis hamech fiat bolus saccharo aut distē-
perentur omnia &c. vt supra vel. ℞. pilularum
fetidarum de fumo terræ ana. scrup. j. fiant pilu-
la. iij. melle ros. & dentur post cœnam electua-
ria aut dentur de mane.

PRO TERTIA intentione quæ est materiæ
digestio. ℞. syrupi de fumo terræ de buglossa añ
3. vj. aquarum cicoreæ endiuia, lupulorum añ. 3
j. & continuetur per quinque dies. Deinde detur
solutiuū positum in sequenti intentione: postea
iterum accipiat alium syrupum: vt gratia exēpli
Recipe syrupi de stichados. 3. j. de fumo terræ.
3. 5. aquarum boraginis lupulorum & endiuia
añ. 3. j. transactis autem sex diebus aut septē de-
tur iterum solutiuum: & postea iterum accipiat
syrupū adhuc fortiorē puta de epitimo cū aqs
feniculi petroselini &c. & si infirmus fastiditur
syrupis, fiat talis decoctio. ℞. radicum apij, feni-
culi, petroselini, buglossæ, rusci, speragi, ab eis
extracto medullo ligneo, capillorū veneris, flo-
rum boraginis & melissæ epithimi, polipodij,
thimi, passularum añ. partes æquales fiat deco-
ctio & coletur, & addito pauco aceti & modi-
co sacchari, iterum vna bullitione bulliat & de
ipsa accipiat patiens chiatū vnum, modo & or-
dine calidum vt supra: & si de hac decoctione
iā fastiditur infirmus, dētur tales aquæ saccharo

IOAN. ALMENAR

R. aquarū scolopendriæ, feniculi, buglossæ, boraginis, fumi terræ añ. ʒ. j. cum modico sacchari detur vt supra.

Sed quia materia est adeo rebellis quod non potest per intus suscepta digereri, oportet quod ad extra applicentur quæ hanc materiam in digerendo iuuant, adeo vt quantū cuncta materia sit digestionī inobediēs, hoc modo digeratur. s. applicando per intus & per extra nec de hoc mireris. s. de applicatione medicaminum ad extra ad digerendum: quoniā Gilbertus in cura tertianæ cōpositæ ait oportet digerere materiam per fomentationes, emplastrationes, & huiusmodi: talis ergo seruetur ordo vt prima & secunda die accipiat syrupum patiens tertia autem die facias vngi cum vnguento inferius describendo omnes partes domesticarū tibiarum & brachiorum & plantas pedum & palmas manuum, leniter tamen & parum apponendo de vnguento: & hoc quādo vadit patiens dormitū & de mane accipiat etiam suum syrupū: ita vt in sexta die sint accepti, sex syrupi, & sint factæ tres vnctiones, & tunc dabis medicinam solutiua, & humores qui per os expelli deberent, ad inferiora diuertentur, & sic evitabitur nocumentum in ore. In diebus autem sequentibus simili modo vtaris, fortificando tamen aliquantulū digestiua, & etiam vnguentum

DE MORBO GALLICO

guentum ponēdo magis de teriaca, & argento viuo. Potes etiam illa loca fomentare cum decoctione meliloti, radicū altheæ & similibus: & hoc faciendo de mane, & sic erunt tria ingenia simul ad digerendum. s. syrūpi, vnctiōnes, & fomentationes.

Sequitur modo descriptio vnguenti. R. butyri. ℥. iij. axungia porci mediæ inter recentē & antiquā lib. j. teriaca ætatis decē annorum. ℥. j. s. mitridati. ℥. j. argenti viui. ℥. ij. s. l. hargiri auri, salis cōis añ. ℥. j. fiat vnguentum ex istis incorporando tantū de aqua fumi terræ & scabiosa quæ tum poterit incorporari, & hoc vnguentum est propria medicina huius morbi: & vltimū & maius secretum quod esse posset circa ea quæ exterius applicantur, de his autem quæ interiorius applicantur principalius & maius isto est aqua distillationis teriaca vt videbatur.

PRO QUARTA intentione quæ est ipsius materia digestæ euacuatio. In forma potabili primo. R. electuarij lenitiui, cassiæ nouiter extractæ añ. 3. iij. electuarij Indi minoris, confectio nis hamech ana. 3. is. cum aqua fructuum vel cū decoctione prius dicta, detur de mane dormiendo desuper per horam, possunt etiam ista distemperari aqua buglossæ, et endiuig, de fumo terræ et similibus. q. s. vel loco cassiæ ponēdo māne. 3. vj.

IOAN. ALMENAR

pro diuitibus: vel pro ipsis diuitibus detur talis
 medicina. R. liquiricie ras. passularū añ. 3. ij. se-
 bestē numero. iiii. florū boraginis buglossæ ana
 m. secundum folliculorum senę numero. iiii. ta-
 marindorū. 3. j. bulliant in aqua buglossæ, fumi
 terræ añ. q. s. de qua decoctione sumantur. 3. iij.
 in qua infundantur reubarbari scrū. iiii. agarici
 scrū. ij. spice gra. iiii. stent per octo horas in infu-
 sione, & fiat expressio cui addatur electuarij le-
 nitiui. 3. vj. electuarij Indi minoris, confectionis
 amech añ. 3. j. s. & fiat potio quę exhibeatur mo-
 do vt supra: hoc tamen gratia exempli dictū sit.
 Pilulæ conuenientes sunt pilulæ de hermodacti-
 lis, de fumo terræ, Indæ, Aggregariæ vt gratia
 exempli. R. pilularū de hermodactilis, de fumo
 terrę añ. scrū. j. fetidarū scrup. ij. cū syrupo de sti-
 chados fiant pilulæ pro vna vice, quas accipiet
 patiens de mane & dormiet desuper per horas
 tres aut quatuor: omnia ista dicta, gratia exēpli
 quoniā tua interest secundū exigentiā particu-
 larium variare, si opus erit: ista solutiua sunt acci-
 pienda in sexta die, prout dictum est in prece-
 denti intentione & eo ordine procedendū est.
PRO QUINTA intentione fiat balneū siue
 stufa cum aqua dulci in qua bulliant malua, bis-
 malua, melilotum, chamæmelum, rosæ, lapaciū
 fumus terræ, & hoc debet fieri post purgationē
 in die

DE MORBO GALLICO

in die sequenti. Hoc enim pacto fit conueniens
alteratio, quia humectatio, quæ maxime requisita
est: & quæ incipit sudare accipiet infra scrip-
tam aquam. R. radicis altheæ, fumi terræ, lapacij,
inulæ. añ. lib. ʒ. & minuti incidantur & ponan-
tur in quatuor libris vini maluatici ad remolliē-
dum per vnum diem & vnam noctem, postea
addatur teriacæ ætatis decem annorū aut plus
ʒ. j. ʒ. & ponatur in alēbico. & distilletur aqua,
de qua accipiantur. ʒ. iij. cū. ʒ. ij. aquæ buglossæ
in principio vt dictum est, & ista stufa reitere-
tur omnibus sex diebus transactis aut septem,
bibendo istam aquam, quæ est optima & singu-
laris: & in hoc morbo magnum secretum, & vlti-
mum est cauterium

PRO SEXTA intentione quæ est membro-
rum confortatio. R. latificantis Gale. ʒ. iij. dia-
musci dulcis. ʒ. vj. aromatici gariofil. ʒ. ʒ. ʒ. electu-
arij regum. ʒ. j. conseruæ bug. citoniorum, bora-
ginis añ. ʒ. j. syrupi de pomis. q. s. fiat electuari-
um, de quo accipiantur de mane. ʒ. ij. vel cocle-
ar vnum. Item. R. teriacæ andromachi habētis
ætate annorū. x. ad min⁹. ʒ. j. metridati. ʒ. ʒ. ʒ. semi-
nis citri, boli armeni añ. ʒ. j. incorporētur oīa vlti-
mاتا contritione: & cū aqua ros. muscata fiat
electuarium, de quo accipiat ad quantitatē auel-
lanæ vel. ʒ. j. Itē potest fieri talis confectio ad re-
stituen

stituendū si debilis valde fuerit vt sæpe accidit
 ℞. amigdalorum dulciū, auellanarū añ. ʒ. j. fisti-
 corum. ʒ. ʒ. seminum communium frigidorum
 ʒ. vj. sacchari fini. penidiorū, pulpe caponis añ
 ʒ. iij. cum aqua rosata fiat cōfectio in morsellis

Item ad hoc valent epithemata, sacculi cor-
 diales, & huiusmodi quæ narrare prolixum
 esset nimis.

PRO SEPTIMA intentione quæ est accidē-
 tium correctio pro doloribus, si nimium & into-
 lerabiliter infestauerit. ℞. radicis lilij, seminis hi-
 oschiami añ. ʒ. iij. cerusse. ʒ. j. medullæ cerui &
 vituli añ. ʒ. ij. olei antiqui & ceræ. q. s. & fiat vn-
 guentū quo linatur locus doloris, aut potest po-
 ni modicum opij, si vltima necessitas fuerit, &
 quoniam ista narcotica non debent applicari ni-
 si urgente maxima necessitate, dicēte Auic. xvj
 tertij. In narcoticis timor & Mel. si excusare po-
 tes non p̄pinare melius est, dimittātur pro posse
 & prius tententur anodina, & vere sedātia sicut
 anetum, chamemellū, melilotum, althea, vitellū
 cui, lac maxime humanum & huiusmodi.

Pro pustulis vtere p̄dicto vnguento, vel ℞.
 terebintinæ pinguedinis hirci añ. ʒ. j. cerusse, li-
 thargiri auri aluminis vsti ana. ʒ. ʒ. olei laurini. ʒ.
 ij. ceræ. q. s. fiat vnguentum pro pustulis vlcerō-
 sis,

DE MORBO GALLICO

sis, fistulis & cancro. ℞. nitri fuliginis, lithargiri
 tartari cocti sub cineribus in frōdibus caulium
 auripigmenti, piperis, libani, vitellorum ouorū
 ana. ℥. iiij. radicis enulæ, lapati acuti in forti lixi-
 uo cocti añ. 3. ij. succi fumi terræ, succi lapati
 acuti & absinthij, chelidonię, enulæ, fabę græcę
 abrotani, de omnibus his succis añ. ℥. iiij. helle-
 bori albi, saponis saraceni, sulphuri, vini ana. 3. 5
 omnes succi bulliant, depurentur & colentur et
 post ea radices lapathi enulæ tritæ ponantur, de
 inde sapo postea puluis specierum, & tunc ad-
 de olei communis axungiaę porci, & ceræ añ. 3.
 ij. argenti viui cum axungia extincti. ℥. j. & fiat
 vnguentum quod erit mirabile ad supra dicta
 Pro gumis vel nodis accipe radices altheæ &
 in vino albo coque & cum axungia gallinæ te-
 re & superpone. Item. ℞. mucillaginis seminis
 lini, mucilaginis altheæ añ. 3. ij. olei de spica,
 amigdalorum dulcium, camomillæ añ. ℥. 5. bu-
 tyri. ℥. j. gummi arabici, tragacanthi añ. 3. j. cum
 cera fiat vnguentum ad mollificandum & re-
 soluendum mirabile Ad idem videlicet cero-
 tum de mucillaginibus, yfopus humida & simi-
 lia. Item ad omnia ista videlicet vnguentum quod
 solet fieri ad scabiem vt Recipe terebintinaę be-
 ne lotæ vncias quatuor butyri loti. ℥. ij. salis. 3. j.
 succi

IOAN. ALMENAR

fucci citrangularū, vitellorū ouorum añ.nu. iij.
olei rosa. ʒ. j. misceantur omnia simul & fiat vno
guentum. Multa alia possem hic conuenientia
scribere: sed quia remoto morbo principali, ista omnia
facilime remouētur, ista sufficiāt. Sed pro nocumē
to oris si acciderit. R. rosarū alb. et rub. añ. m. ʒ.
chamemellæ, saluiæ añ. m. j. bulliāt in vino albo,
& coletur cui colaturæ addatur aluminis vsti. ʒ.
ij. diamoron mellis ros. colati añ. ʒ. ʒ. vini grana
torum. ʒ. ij. misceantur, & lauetur os sæpe in die
& debet esse vinum vna enguistara & media, et
loco vini potest poni aqua plantaginis, solatri,
& scabiosæ, vel sempuiug, & potest addi in de
coctione camphoræ gra. v. vel filonij. ʒ. ʒ. plus
aut minus secundū doloris exigentiam: sed vt
dictum est, ab istis cauendum est narcoticis. Ite
valent frustra cucurbitæ viridia in ore retēta: va
let etiam lauare os lactæ miscendo cum eo aquā
nenufaris & solatri: & multa alia hic ponere
possem: sed quia in ore non accidet nocumētū
si bene & iuxta prædicta operatus fueris satis
dictū sit. Superest mō de mō euitandi morbū loq

De cautela in euitando morbum

Gallicum Caput. V.

Q Vi Gallicum morbū euitare procurant
imprimis a delictis caueant. Vnde dici
solet propter peccata veniunt aduersa: & max
ime a

DE MORBO GALLICO

ime a peccato luxuriæ cauere debet: nã dicitur
Iob tertio: luxuria ignis est vsq; ad consumptio-
nem deuorans, & spirituales medici dicunt qd
diuerse ægriitudines veniunt ppter diuerfa pec-
cata, vt febris quotidiana propter peccatũ sup-
bia, podagra propter pigritiam, lepra propter
luxuriam, & sic de alijs. Quum ergo iste mor-
bus lepræ assimilatur, luxurię attribuendus est.
Sed quia hæc ad aliũ medicum pertinent, satis
dictum sit. Dicamus ergo qd nostra inter est. s.
vt caueat homo a nimia conuersatione cū infe-
ctis, & præcipue a coitu cū infecta muliere: est
enim hic morbus contagiosus, vnde Auicenna
secunda primi in completo sermone in ægritu-
dinibus sic ait.

De ægriitudinibus: quædã est quæ ab vno ad
aliud transit sicut lepra, scabies, variolæ, & fe-
bres pestilenciales, etiã apostemata putrida: cū
ergo hæc ægriitudo, aut lepræ, aut scabiei cõfor-
matur, contagiosam dicere conuenit.

Item cauendũ est ab his, quæ humores ma-
los generant, & præcipue q̄ multiplicant humo-
rem melancholicũ: vt ostensum fuit in regimi-
ne per sex res non naturales, & si contingat qd
accidat nocumentum in virga propter coitum,
statim remediandum est cum sequenti lauanda.
Recipe roris marini, saluiæ, chamemelli añ. m. ʒ
bulliant

bulliant in vino albo cui postea facta colatura
 addatur vini granatorum. ℥. ij. mellis rosati. ℥. ʒ.
 madesiat virga seu locus infectus cum hac de
 coctione. postea aspergatur desuper talis puluis
 Recipe lithargiri auri, cerussæ, yreos, tuthie nu
 cum cipressi añ. ʒ. ʒ. puluerisentur optime &
 post lauandam ponatur, & si hic puluis erit ni
 mis fortis, addatur turis masticeis, mirrhe añ. ʒ. ʒ.
 pro maiori tamen securitate, cum coitum perfe
 cerit homo vel mulier, se optime abstergat cir
 ca pudibunda cum camisia aut alio panno li
 neo mundo, & caueat a pannis ipsarum mulier
 rum, quoniam infecti sunt, & postquam ita fece
 rit pro maiori adhuc securitate abluet locum
 cum aqua calida aut vino albo, cauendum enim
 est ab aqua frigida, quoniam ipsa materiam cō
 pingit, vnde in fricatione coitus adheret aliqua
 limositas, siue humiditas in virga, quæ est cau
 sa infectionis virgæ & corporis, igitur bonum
 est hoc vti regimine vt remoueatur illa infe
 ctio seu sordities.

*De solutione difficultatum qua
 moueri possunt circa hunc
 morbum.*

Caput. VI.

CLARificatio: si queratur, quare hic mor
 bus incipit a pudibundis? dicūt quidā in
 epti

DE MORBO GALLICO

epti quod ideo est, quia ibi magis abundant hu-
mores corruptioni parati, sed contra si hæc ra-
tio esset sufficiens omnes fere ægritudines ibi
haberent initium, ideo dicatur quod inter mem-
bra illa & morbi qualitatem talis est conformi-
tas: & hoc merito talis influxus, non enim quod
libet agit in quodlibet: sed determinatum in de-
terminatum physicorum prim. sic. Hic morbus
aptus est primo recipi in virga & deinde in col-
lo capite & humeris & non in alijs locis, vnde
ille influxus qui fuit illis temporibus, capiti &
virgæ inimicabatur. Et si queratur quare termi-
natur per os? respondetur quod hoc est merito
argenti viui a sua proprietate hoc faciens. I. tra-
hendo humores versus illas partes. Aut melius
quod argentum viuum sua caliditate humores
subtiliat & calefacit & hoc modo aptos reddit
vt per superiora eos natura expellat, vnde Pau-
lus ponit ipsum calidum & humidum in quar-
to, cui magis adhero q̄ Auic. qui ponit frigidū
in secundo.

Et si queratur quare os fetet? dicendum qđ
hoc est ab argento viuo cuius proprietates est vt
faciat fetere os fumus eius vt Auic. secundo ca-
none cap. suo. & ab eo etiam prouenit dolor
capitis, & nocumentum in ore, vt ex natura sua
colligi

colligitur, accedit ad hoc humor qui est adustus putridus, & malus qui habet facere eadem accidentia, ideo nimirū si tantus dolor, quare summum remedium est, vt quum incipit humor expelli per os, diuertatur cum medicinis per superius & inferius exhibitis ad partes inferiores.

Et si quærat quare aliqui quātūcūq; parati ad ægri tudines melancholicas merito cōplexionis & mali regiminis & coeuntes cū istis infectis non inficiuntur? dico qđ hoc fortasse est quia eorum corpora sunt magis densa, & ex cōsequenti difficulter impressionem recipientia magis q̄ cętera: aut merito pprietatis indiuidualis, quæ diuersa in diuersis reperitur: vt Auic. prima primi. Et si quærat quare argentū viuū iuuat magis q̄ cęterę medicinę præter distillationē theriacalē superius descriptam, dicendū hoc esse a pprietate, aut melius a qualitate manifesta, quia calidū & humidū in vltimo, & morbus frigidus & siccus: qđ autē sit morbus frigidus & siccus persuadetur, primo quia saturninus vt ostensum est, Secundo quia compertum est humida iuumentum præstare & calida. Itē quia similitudinē habet cum lepra quæ est morbus frigidus & siccus & cū alijs melancholicis morbis. Item quia ægri tudo longa, vnde Auic. prima tertij tractatu secundo, cap. vltimo. *Ægri tudo*

DE MORBO GALLICO

tudo cuius tempus prolongatum est : est frigida secundum omnem dispositionem. Et confirmatur, quia raro videmus istam materiam putrescere, & causare febrem, vnde Galen. nullius rei proprietas est vt putrescat ex frigido neque ex sicco: secundo de complexionibus, quare dicendum est hoc esse propterea, quia frigida & sicca ægritudo.

Et si queratur quare sæpe accidit, vt remedia aliqua videantur in principio conferre, sed postquam continuantur, non perseverat iuuamentum.

Dicendum hoc esse duplici de causa, quarum vna est ex parte nature alia ex parte ægritudinis, ex parte nature, quia in continuatione fastiditur & in reuolutione gaudet. Alia est ex parte morbi quia & si in principio remedium contrarietur morbo, in processu cessat contrarietas propter assuetudinem, & ideo ait Auic. ab ipso quod consuetum est non fit passio. quarta primi. Vnde videmus aliqua animalia in prima obuiatione esse contraria & inimica, sed postquam assuescit eorum conuersatio, cessat illa inimicitia, & tunc domesticantur, & cessat inter ipsa actio siue pugna, pariter iudicandum est hoc inter qualitates esse, & si dicatur contra, quia agente debite approximato & passo bene disposito &c. de necessitate sequitur actio. Respondetur quod in hoc casu bene
O sequitur

sequitur actio, sed adeo pauca quod nullius est momenti. Aut dicitur quod propter assuefactionē cessat dispositio in patiente, ex quo sequitur quod permutatio medicinarum, dummodo nō egrediantur propositum maxime vtilitatis est, vt Auic. allegato loco.

Et si quærat^r vtrum phlebotomia sit conueniens? dico quod in principio & anteq̄ materia sit exarsa ad loca doloris, ex quo ipsa est in venis & sanguini mixta, maxime si etiã neq̄ fuerit exarsa ad cutim ipsa est conueniens, si parietularia conueniunt, in processu autem non conuenit, nisi factis vel applicatis vnctionibus & alijs medicaminibus, quoniã cum natura tentauit expellere humores, adiuta a medicinis, p̄misit cū sanguine aliquid de ipsis, quare ad minus ventosæ non vituperantur: sed hoc cū cautela, ne humores frigidi magis incrudentur, aut calidi magis inflammentur iuxta Auic. quarta primi. Caue ne ægrum ad vnã duarū perducas rerum aut humorum colericorū ebullitionē aut frigidorū cruditatem. In hoc autem casu magis timetur cruditas q̄ ebullitio. & ideo raro conueniens est, & expertum est multis nocuisse potius q̄ iuuasse.

Et si quærat^r, dolores q̄ fiunt, qualiter appellari debent? Dico q̄ vt plurimū extensiuui, vnde
 Auic.

DE MORBO GALLICO

Aui. Doloris extensiui causa est ventositas, aut humor q̄ neruū aut muscolum extendit, ac si ipsum ad suas trahat extremitates secunda primi, nec verū est q̄ quidā existimāt q̄ hic dolor sit frāgitiuus, q̄a iudicant hanc materiam esse inter ossa & panniculum fundantes se in dicto Aui. Causa doloris frāgitiui est aut v̄tositas q̄ interponitur inter os & panniculū q̄ tegit ipsum, & non loquitur Aui. de panniculo immediate tegente os, q̄a ille insensibilis est, sed loquitur de illis qui nō immediate adhærēt ossi sicut panniculus tegēs costas, aut craneum, & huiusmodi: quare cum in illis locis non fiat hic dolor, non debet sic appellari.

Et si quærat, pustulæ q̄ fiunt in hoc morbo, q̄bus pustulis magis p̄portionātur? dico q̄ illis q̄ vocātur asafati ab Aui. qui sic ait: Asafati est summa bothor vlcerosarū fen. vij. quarti can. c. de asafati, t̄n sepe accidunt pustulæ, q̄ alijs assimilantur, vt q̄ assimilantur nodis, fistulis, cācris esse, formicæ, & alijs fere oibus, vt cōsiderāti patet. Sed q̄a noīm disputatio nō p̄tinet medico vt Aui. i. primi, doct̄ia sexta. v. c. in hoc sermone plongare nō intēdo, quēadmodū alij q̄ igno rātes essentiā morbi & causas ipsius, & ex cōsequēti curā nō nisi de noibus fecerūt mentionē, quorū opus quare fuerit impressum cōp̄prehendere nequeo.

IOAN. ALMENAR

Et si queratur quare dolores augmentur in secunda aut tertia die vnctionis? Respondetur: quod tum humores mouentur: tum quia subtili-
antur in sanatione seu digestionem que fit merito vnctionis iuxta aphorismum secundæ parti-
culæ. In generatione saniei febres & dolores fi-
unt magis quam facta sanie, & ideo optimum
& singulare secretum est, eo tunc administrare
solutiuum vt anteq̄ humor per os expellatur, p̄-
deorsum euacuetur: & sic nocumentum in ore
euitatur, vt ego sepius expertus sum, aut si pu-
stulas seu plagas vlcerosas habuerit, ibi attrahe-
tia ponantur vt humor inde euacuetur, & ab
ore diuertatur ex quo infertur quod verior est
opinio quæ dicit argentum viuum esse calidū
q̄ quæ dicit esse frigidum, quum ratione ipsius
humor subtilietur, & ponatur in motu, vt ostendit-
ur. Sed contra ait studiosus iuuenis Vincen-
tius Ajax Siculus.

Argentum viuum caussat ægri-
tudes vt epilepsiam, paraly-
sim & hmōi vt Auic.
secundo canon. & alij: ergo frigidum: quia si-
mle non nisi a simili generatur, vt habetur in phy.

Ad quod respondetur quod verum esset si
de per se caussaret has ægri-
tudes, sed has caussat
per accidens. s. debilitando, quum sit contra-
rium cerebro & neruis ratione complexionis,
quia

DE MORBO GALLICO

quia calidum & humidum & naturalis cōplexio iuuatur suo simili, & leditur cōtrario iuxta tertio techni, calidiora calidioribus indigent ad iutorijs: quare ob debilitatem, humores frigidus generant, & eos faciliter recipiunt cerebrū ipsum dico & nerui, & sic patet clare solutio, quā non conuenit quod aliquid generet ab eo diuersum per accidens, vt frigidum, calidum: & calidum frigidum & sic de alijs.

Item quesitū fuit a quodā acutissimo iuuenē Francisco de carmino, vtrum argentū viuū sit cōueniēs in hac ægritudine quā secundū mentē oīm auctorū inimicatur neruis, & hæc ægritudo pro maiori parte est in neruis.

Itē ait ipse, fama quā omnes famāt nō omnino vana, septima ethicorum, sed omnes fere dicunt argentum viuū esse contrarium, & vntiones propterea vituperant, igitur &c. ad quā per me responsum fuit quod argentum viuū est conueniēs propter rationes superius dictas, sed ad primum argumentum dico quod licet habeat in se aliquod nocumentum, tamen postquam corrigitur vt ostenditur suo loco, non est tantū quin sit multo maius iuuamentum.

Vel posset dici quod ideo argentum viuū est contrarium neruis, quia eius cōplexio est cōtraria cōplexioni naturali neruorum, & ita in sanitate

nitate noceret ipsis neruis, sed quia nerui sunt discrasati ad frigidum & siccum, & per argentum viuum remouetur illa discrasia, donec reuertantur ad suam eucrasiam, ideo posset dici quod absolute est conueniens, vnde aliqua in ægritudine conueniunt, quæ in sanitate disconuenirent, & traherent corpus ad lapsum præter naturalem. Ad secundam rationem dico quod notanter ait Arist. non oïno vana, quia non vult quod nullo modo sit vera, habet enim aliquid veritatis pro quâto argentum viuum, vt probatum est, habet aliquid nocuenti, non tamē propter hoc est prohibendum ex toto et maxime correctum: ait enim Gal. xj. de ingenio sanitatis, difficillimum est inuenire aliquod auxiliorum, quod nihil nocēs conferat. Itē fuit quæsitum ab alio, quare dolores magis multiplicantur in iuneturis, quàm in alijs alis locis, cum ex motu deberent magis resolui? & fuit subtilis iuuenis Iacobus Roger, ad quod responsum est, quod magis facit vacuitas ad aggregandum quàm motus ad resoluendum, vnde Auic. secunda Fen. primi Canonis: Amplitudo quæ est apud iuneturam, est apta vt materia ad ipsam descendat.

De explanatione arboris signorum.

Caput, VII.

Omne

DE MORBO GALLICO

Omnē signum aegritudinis aut sumitur a re non naturali, aut a re naturali, aut a re præter naturam. A re non naturali, ut in quo aere stetit infirmus, quibus cibarijs, quo potu vsus sit, quo exercitio, quo somno, qua vigilia, & sic de alijs. A re naturali ut cuius ætatis sit infirmus, qualis sit eius consuetudo, qualis ars, qualis virtus, qualis complexio & huiusmodi. A re præter naturam tripliciter, ab operatione læsa qualitate mutata, ab exeunte mutato. Ab operatione læsa tripliciter aut animali, vitali, aut naturali. Ab animali dupliciter, motiua & sensitiva. Sensitiva dupliciter, interiori & exteriori: exemplum de motiua, ut qualiter possit moueri secundum totū & secundum membra: exemplum de sensitiva exteriori, ut qualiter videat, audiat, olfaciat, tangat, ut puta quem dolorem percipiat, quem saporem in ore sentit. Exemplum de sensitiva interiori ut quales habeat imaginationes, quale iudicium, qualem memoriam, qualia somnia. Exemplum de vitali, ut qualem pulsus, qualem anhelitum habeat, de animæ passionibus in sex rebus non naturalibus, fiat inquisitio. Si sumitur a naturali operatione hoc dupliciter, aut ab operatione virtutum ministrantium aut ministratarum.

IOAN. ALMENAR

Exemplum primi vt qualiter appetat, retineat, digerat, attrahat, atq; expellat, puta egerat, vrinet, menstrua habeat, coeat, sub re non naturali comprehendatur. Exemplum de administratis, vt qualiter nutriatur: & de omnibus istis operationibus, inuestigando an sit diminuta, an ablata, an corrupta operatio. A qualitate mutata vt qualis sit odor anhelitus infirmi, qualis sudoris qualis vulneris, vlceris aut saniei. Qualis sit etiam color linguæ, oculorum, & totius corporis, qualis humiditas, qualis siccitas &c. asperitas, lenitas, duricies, mollicies linguæ, ventris, & totius corporis. Ab exeunte mutato vt quantæ et quales sint superfluitas oculorum, narium, aurium, palati. Qualis sit vomitus, & quantus, ac etiam eructatio, qualis item vrina, egestiones: capitis subassellarum pedumq; sordicies, & totius corporis sudor, allices, oscitationes, nausea, subuersio ad naturales operationes expulsivas reduci possunt, quia a natura tentante expellere fiunt. Vnde signa sanguinis ista sunt. A re non naturali, quia vsus est regimine multiplicatæ sanguinem, vt quia vtitur arte gaudiosa, sicut cantator, aut histrio: vel quia vtitur cibis multiplicantibus sanguinem & potibus, vt sunt oua sorbilia, testiculi gallorum, vinum optimum, & huiusmodi. A re naturali quia carnosus complexionis sanguine

DE MORBO GALLICO

guineæ adolescens seu iuuenis & similia. A re præter naturam, & primo ab operatione laesa, grauitas in origine oculorum & capitis, & temporum pulsatio, allices, oscitationes, nausea, dormitatio multa, & profunda sensuum turbatio, tarditas in cogitâdo, laxitudo membrorū absque labore, pulsus magnitudo velocitas & frequentia, repletio vasorum siue venæ, siue arteriæ fuerint. A qualitate mutata, rubedo in toto corpore, & maxime in venis oculorum repletio ipsarum, bothor in ore. Ab exeunte mutato, yrina rubea grossa, aut rubea obscura, aut rubea rossca in egestionibus non apparet signum, sputū est dulce aliquando sanguini mixtum: exitus sanguinis per nares aliquando a gingiuis, aut menstrua vel hemorrhoides vel per alia loca, sudor foetidus, sicut hirci, etiam multus, pustulæ sanguineæ, & his additur, quia patiens somniat se videre res rubeas, sanguinē fluere, natâre in co. Vnde quarto Coll. recitatur de Gale, quod præceperat phlebotomari quendam qui somniauit in dolio sanguinis balneari: alij vero nolētes iniunxerunt sibi exercitium & mortuus est

SIGNA cholere a re non naturali quæ usus exercitio forti stetit in aere calido, usus est cibarijs calidis & siccis cholera multiplicatibus &c. A re naturali quia iuuenis cholericus & huius

IOAN. ALMENAR

modi. A re præter naturam, & primo ab operatione læsa, quia habet infirmus sitim multam, inquietudinem, dolorem in parte dextra frontis, & vehementia lucis ei nocet, & quandoq; habet famem sincopalem, debilitas appetitus, nausea, horripilatio ad modum puncturæ acutum, furor, mordicatio vehemens in exitu fecum, similiter & vrinæ, pulsus velocitas cum duritie, & tensione: hic potest consequenter poni de somnijs, quia potius attinent actioni læsæ, vt quia videt res citrinas igneas, quod facit rixas, & aliquando somniat se volare.

A qualitate mutata, vt citrinitas faciei, & totius corporis oculorum citrinitas, sicut accidit in ictericia oris amaritudo, linguæ siccitas & asperitas, narium ariditas. Ab exeunte mutato vrina rufa, citrangularis, ignea, crocea, egestionis crocæ, sputum amarum, vomitus cholericus viridis vel croceus & amarus, humiditas narium & oculorum acuta, cholericæ & pauca aurium vero multa.

SIGNA phlegmatis a re non naturali, vt cibi repletio, ocium, somnij prolixitas &c.

A re naturali, vt quia complexionis phlegmaticæ, piscator, pinguis & huiusmodi. A re præter

DE MORBO GALLICO

præter naturam & primo ab actione læsa, paucitas litis, nisi ubi fuerit phlegma salsum, debilitas digestiue etiam in tempore sanitatis, oxiremia, somnus multus, pigritia, ociositas membrorum laxitas, ponderositas oculorum obliuio, dolor in posteriori parte capitis vertigo, scotoma, casus appetitus: appetitus acutorum & acrium, nausea, eructatio, dolor grauius, frigiditas in capite & stomacho percepta eius notabilis læsio: ibi enim multum aggregatur de phlegmate vt Aui. decima tertia tertij, & Mef. inde appropriatis, raritas, tarditas, & lenitas pulsus. A qualitate mutata, frigiditas percepta, color albus in facie & corpore superfluens albedo linguæ, mollicies eius superflua, squaliditas corporis, tumor etiam faciei cum mollicie. Ab exeunte mutato, vrina alba, discolorata, palcaris vel subcitrina, egestionis phlegmaticæ, alba, viscosa, seu mucosa, aquosa & huiusmodi: sputum viscosum, aquosum, multiplicatio saliuæ non amaræ, sed ponticæ: multitudo superfluitatis egressæ per nares & palatū: & additur somnare aquas, niues, pluuias, & huiusmodi quæ ad operationes læsas reduci possunt.

SIGNA

SIGNA melancholiæ, primo a re non naturali, vt quia vsus est nimia cogitatione, solitudine, timore &c. puta cibus melancholicis & huiusmodi. A re naturali quia complexionis melancholicæ & consuetus incurrere ægritudines melancholicas & similia. A re præter naturam & primo ab actione læsa, quia in capite sentitur grauitas, & magis in parte sinistra, ardor oris, stomachi desiderium corruptum: & aliquando caninum, vigiliæ multa, solitudo multa, læsio seu ægritudo splenis: vt dolor, & grauitas seu durities, taciturnitas, cogitationes multæ, fletus seu voluntas flendi, fixio aspectus, rugitus, pigritia, tensio ypocundiorum, paucitas somni. si non fuerit cum phlegmate acredo, vel acetositas oris, prauitas pulsus cum duricie, corporis extenuatio. A qualitate mutata, fuscedo in corpore apparens seu nigredo, corporis pilositas, morphea nigra, & est fortissimum signum vt Auer. iij. Col in palpebra inferiori oculi maxime nigredo & limpitudo in eis. Ab exeunte mutato, vrina nigra vel subnigra ad obscuritatem tendens, viridis, liuida, nigredo egestionum seu fuscedo, paucitas sputi, acredo eius, eruptiones acetosæ, sanguis niger & coagulatus si exiuerit. Somnia sunt multum terrorem inferentia. Etiam potest addi a iuuantibus & nocentibus

DE MORBO GALLICO

tibus.

Notandum tamen quod ea tria quæ Gale. ponit genera signorum. s. a substantialiter inhærentibus a casibus & operationibus, ad ista tria reduci possunt vel ista tria ad illa, & si hic ponatur vt in arbore apparet a re naturali & non naturali a iuuantibus etiam & nocentibus quod poni posset, omnia tamē ad illa tria Gale. reduci possunt, vt patet recte consideranti.

Finis libelli de Morbo Gallico æditi
per Ioannem Almenar Hispanum
artium & medicinarum doctorem
eximium.

NICOLAI

LEONICENI VINCENTINI IN
Librum de Epidemia, quam Itali morbum gallicum vocant, ad Illustrem virum Ioannē Franciscū Mirandulensem Concordig comitem, præfatio.

HAbitam nuper Ferrariæ de morbo, quem gallicum vocant, disputationē, atq; a me postmodum mandatam literis, cui magis q̄ tibi Ioannes Francisce Mirandulensis dedicauerim qui cum superioribus diebus Ferrariæ adesses, atq; ante diem ad eandem disputationē confuturum, tibi ex causis vrgentibus esset discedendum, non parum dolere mihi visus es, q̄ eidem disputationi non posses interesse, neq; dissimulanter tulisti gratissimā rem me tibi facturum si quæ non potuisses præsens accipere, haberes absens ex meis literis vel potius volumine ad id dedicato legendi facultatē. Et quoniam non te latebat magnæ contentionis disputationes, a medicis atq; philosophis pertractatas, non veritatis inuentione, sed iurgijs atq; clamoribus plerum

DE MORBO GALLICO

plerunq; terminari: illud insuper a me expecta-
re videbaris, vt non solum quænam inter dispu-
tantes opinio tandem esset pro vera recepta ti-
bi significarem, sed mei quoq; iudicij calculum
inter ambigentes sententias manifestarem.


Quid plura? ego qui tibi propter tua eximia
in me beneficia omnia debeo, pollicitus sum fa-
cturum me quod optabas, arduum quidē opus
ac pene temerarium, nisi ipsum excusaret obse-
quium. Ecce igitur iam tibi fidem promissam
exoluo, quanto tardius q̄ tu forte cupiebas, tan-
to maiore cum fœnore, non solum enim eam
quæ præcipue defendebatur Ferrarię opinio-
nem, sed quascunq; alibi plurimum vigere in-
tellexi, conatus sum pro mei ingenij imbecilli-
tate confutare, meamque postremo loco exem-
plis, rationibus, ac nobilissimorum medicorum
auctoritatibus cōfirmare. Multa præterea Aui-
cennę dicta, quæ ad propositam contemplati-
onem pertinebant duximus in controuersiam.
Quare qui hæc lecturi sunt, quæso boni consu-
lant, neq; me propterea impudentem aut inso-
lentem iudicent, qui ausim magni nominis au-
thores incessere. Facimus hoc multorum veterū
ac præcipue Aristotelis summi philosophi ex-
emplo, qui tanti fecit veritatē vt pro ea asseren-
da scripserit etiā contra præceptorē, neq; vero
hanc

hanc apud te præcamur veniam, qui hoc meum
 circa antiquorum scripta examinanda studium
 adeo non improbas, vt in ea quam nuper Ferrar
 riæ habuimus de literis confabulatione, mirari
 te mihi dixeris, quod in illo quem superioribus
 annis edidi de medicorum erroribus libro. Plin
 nium tam leuiter perstrinxissem, in cuius auto
 ris libris tu multo plures quam qui a me fuere
 notati errores animaduertisses. Dicimus ista ma
 lignis atq; impudentibus: quorum, aliter ea etiã
 quæ tacite probant, quia tamẽ ipsi non scripse
 runt aut inuenerunt, liuore dacti aperte calum
 niantur: aliter vero more pecudum alienis sem
 per vestigijs insistentium, nihil suo, omnia alio
 rum iudicio tribuunt, & si curte semel auctori ad
 dixere, eius autoritatẽ sine ratione, rationem esse
 arbitrantur. Vtcunq; tamen hi de nostris scrip
 tis iudicauerint, quanto minorem apud ipsos
 gratiam sumus habituri, tanto maiorem apud
 probos ac doctos speramus consequi, apud te
 præsertim, qui Ioannis Pici patru per omnium
 gradus virtutum vestigia imitaris, quicq; eã, quæ
 in eius intempestiua morte facta est, literarum
 atq; omnium bonarum artium iacturam ita res
 sarcis, vt ad te respicientes Vergilianum illud
 omnes vno ore pronuncient:
 Vno auulso non deficit alter.

DE MORBO GALLICO

Aureus & simili frondescit virga metallo.
Tibi itaq; & paucis cecinimus, vobis placuisse
contenti reliquorū autem vel inuidorum vel im-
peritorum iudicia contemnentes.

De Epidemia quam Itali morbum gallicū,
Galli vero Neapolitanū uocant. Nicol.
Leonicensi Vincentini Liber.



Ouos Italiae aduenisse
morbos prioribus secu-
lis ignoratos antiqua
ætas credidit, siquidem
Plinius vir eruditissim⁹
nō modo Italię, sed vni

uersa fere Europæ lichenas ante Claudij prin-
cipatum incognitos fuisse testatur vigesimo se-
xto de historia naturali libro. Ego vero de alijs
Europę partibus nō plane habeo statutū qd sen-
tiam. Illud pro certo affirmare ausim, multis an-
tequam Claudius imperaret annis lichenas fu-
isse Græcis familiares, quando Hippocrates au-
ctor Græcus vetustissimus cum multis alijs in
locis, tum præsertim in tertia particula Aphori-
in morborū æstiuorū mentione lichenū cōme-
minit, vt mihi magis fiat verisimile vexasse id
malum etiā Italiam, quā quis forte longo temporū
P interuallo

NICOL. LEONICENVS

interuallo ante Claudium, sed nondum Romæ
 no imperio ad exterarum nationes propagato atq;
 ideo minus a græcis medicis Roma frequenta
 ta defuisse eidem morbo nomenclatores, idcirco
 donec sine nomine p̄stitit, fuisse interim ob-
 scuriorē, sicuti postea Claudio imperante iam
 græcis artibus ac præcipue medicina vigente
 in ciuitate, lichenas atq; mentagrā vocitantes
 fecere illustriorē. Simile quoddam hoc nostro
 æuo accidit, iam enim insolite nature morbus
 Italiam & multas alias regiones inuasit. Pus-
 læ sunt a partibus obscænis incipientes, mox
 totum corpus, atq; ipsam præcipue faciem oc-
 cupantes præter fœditatem magnum insuper
 cruciatū plerunq; afferentes. Huic tamen mor-
 bo nondum nostri temporis medici verum no-
 men imposuere, sed vulgato nomine malū gale-
 licum vocāt, quasi eius contagio a gallis in Ita-
 liam importato, aut eodem tempore & morbo
 ipso & gallorum armis Italia infestata. Non de-
 fuere quidem, qui eundē cum illo putarint, quē
 prisca elephantiasin nominarunt, sicuti alij mor-
 bū gallicū esse antiq; lichenas alij asaphati, alij
 prunā siue carbonē, alij ignē persicū siue sacrum
 existimarunt. Quæ quidem ambiguitas noīm
 & de re ipsa quoq; dissensio multos suspicari se-
 cit nouā hanc esse luē nunq̄ a veteribus visam
 atq;

DE MORBO GALLICO

atq; ideo a nullo medico vel Græco vel Arabe inter alia morborū genera tactam. Ego sicuti neq; illis assentior q; varias huic morbo indidere appellationes haud quā eius naturæ congruentes, ita vbi desidero eadem natura præditos hoīes sub eodem cœlo natos, sub eisdem syderibus educatos, eisdem etiā semper fuisse morbis obnoxios cogor existimare, neq; mihi potest incaptum mentis peruenire natam hanc repēte labem nostram, ita infecisse ætatem, vt nullam superiorē. Quod si q; aliter q; ego sentiat, qd tandem hoc esse dixerit, aut quam deorū vindictā? nam si causæ naturales inspiciantur millies post mundi initia ædem extitere. Quare similem morbum ex causis similibus etiam superioribus ætatibus contigisse parati sumus ostendere, vbi prius illorum opiniones, qui morbum Gallicū fuisse a priscis elephantiasin nominatū siue qd aliud a nostra opinione diuersum credidere, confutauerimus. Sed anteq; disputationem ipsam aggrediamur, illud in primis admonendum est, aliud morbi genus significari verbo elephantiasis in libris Arabum, aliud in libris Græcorum. Rasis siquidem atq; Auicenna elephantiasin pro morbo accipiunt in quo pedes & crura supra modum intumescunt. Galenus ac Paulus omnesque Græci auctores in eodem

NICOL. LEONICENVS

2 un
m
 verbo morbum intelligunt, quę Aui. & medici
 iuniores leprā appellant. De primo verbi ele-
 phantiasis apud Arabes significato neminem
 ambigere arbitror, de secūdo apud gręcos vsita-
 to longius est a nobis differendum, nam si ostē-
 sum fuerit nihil aliud esse Gręcis elephātiāsin,
 quam morbū illum quę vulgato nomine leprā
 vocamus, tunc id quoq; probatum erit morbū
 gallicum non esse elephantiasin, quando & qui
 contrarium sentiunt, morbū gallicum plurimū
 a lepra distare cōcedunt. Vt igitur ad rē ipsam
 propius accedamus, elephantiasin apud Grę-
 cos esse apud Arabes & iuniores Medicos le-
 pram ita demonstratur, elephātiāsis autore Pau-
 lo Æginita est cancer totum occupans corpus
 vnde idem Paulus inquit. Si cancer vnum tantū
 morbum infestans, tamen secundum sententiā
 Hippocratis insanabilis est, quanto maius ele-
 phas, qui cancer quidem est vniuersalis, omnē
 curationē supabit? Eandē sententiā scribit lib. iij
 Aui. his verbis: Et quū cācer, q est lepra mēbri
 vnus, sit de illis qbus. nō est sanatio, qd dicem⁹
 de lepra q est cācer totius corporis? Idē dixerat
 Aui. circa initia ei⁹ capitis in quo agit de lepra
 q vcz lepra ē sicuti cācer cōis toti corpori. Sed
 & eorū dē humorū vitio generari elephantiasin
 Pau. cēset et Aui. leprā: et quēadmodū Paulus
 minus

DE MORBO GALLICO

minus malā elephantiasis speciē statuit quæ ex
quadā veluti fece sanguinis sup affata ortū ha-
bet, alterā quæ flava bile æque retorrída fit, dete-
riorē: sic & de duabus lepræ speciebus, quarū al-
tera itidē ex fece sanguinis, altera ex flava bile
in atrā ppter affationē cōuersa generatur, Auic.
decernit. Neq; vero aliā Paulus elephātiāsi, aliā
lepræ Auic. adhibet curationē. Neq; etiam Gal.
scribens de elephantiasis. ij. lib. artis curatiuæ ad
Glaucōnē, minus q̄ Paulus cum Auic. scriben-
te de lepra concordat: immo vero oīa illa Auic
verba: quod lepra multiplicatur in Alexandria
propter caliditatē aeris & malitiam cibi & eius
essentiā ex genere piscium & carne salita & car-
ne grossa & carnibus asinorū & lentibus (lice-
at enim mihi ipsius Auic. verba quamuis barba-
re scripta, maioris tamē fidei gratia referre) oīa
inquā hæc Auic. verba sunt ex Ga. de elephātiāsi
eo quo nuper diximus libro, loquēte, translata.
Quid qđ nisi Gal. p elephātiāsin, morbum quē
diximus intellexerit illud sequetur absurdum.
Galenū medicorū facile principē, q̄ tot de me-
dicina volumia tā acurate tā copiose cōscripsit,
nullā de eo morbo q̄ reliquos oēs magnitudine
supat, quē nos vulgo leprā appellamus, in suis
libris fecisse mentionē, Galeni autē libros intel-
ligo, quos idē autor in p̄pria lingua scriptos reli-
quit,

NICOL. LEONICENVS

quit, nam in his quos vel ex Græca vel arabica lingua trāslatos habem⁹, pluria est in hoc verbo lepra, ambiguitas: quoniā aliquando translator, vbi elephantiasin in græco Galeni codice scriptum inuenit, lepram est interpretatus: vbi vero lepram, nihil immutauit: sed eodem vsus est verbo, quū tamen apud græcos autores alius morbus sit lepra, alius elephātiāsis. Lepra enim (vt inquit Galen. in libro de tumoribus contra naturam) passio solius cutis est: qđ de elephātiāsi dici non potest, quum in eo morbo, qui elephātiāsis a Græcis nominatur, nō modo cutis, sed carnes etiā atq; ossa, vt Celsus quoq; testatur plerunq; vitientur. Quod si quis pertinaciter tueri velit eundē esse morbum, quem græci leprā atq; arabes itidem nominēt, videat quid ipsum concedere oporteat: hoc. s. esum viperarum quod nullum esse prāstātius remediū aduersus leprā medici omnes vno ore consentiunt, qđq; inter nobilia medicamenta contra lepram Auic. numerat, non modo non sanare id malum, sed insuper generare, Galen. enim lib. xj. de simplici medicina, duorum meminit elephantiāsi morbo laborantium, qui ex esu carniū viperinarum in leprā inciderunt: quare necessarium est dicere alium esse morbū qui a Gale. & cæteris græcis lepra vocetur, aliū qui ab Auic. ac medicis iunioribus

DE MORBO GALLICO

rioribus eodem nomine nuncupetur. Quid lepra nomen significet apud Arabes & medicos iuniores qui arabum doctrinā magna ex parte sequuntur nemo nisi hebes, atq; omnino obtusus ignorat, quid vero apud græcos siue latinos veteres, grecos imitātes, multi etiā nesciunt eruditi: vnde data est errori occasio, vt diuersarum linguarū significata distinguere nescientes, vel elephantiasin nō esse leprā de quo scribit Auic vel non simpliciter lepram, sed quandam lepræ speciē existimauerint. Nos vero eliphantiasin idem esse quod lepra, de qua agit Auic. atq; ab altero morbo diuersam quem Gale. leprā nominat existimam⁹, idq; videmur multis rationib⁹ ex ipsius morbi sumptis essentia demōstrasse. Age vero etiam ex vi noīm qbus idē morbus nuncupatur argumentemur, neq; enim tantum elephantiasis, sed præterea satyriasis apud græcos nominatur, licet verbum satyriasis pro priapismo quandoq; apud eosdem græcos accipiat⁹ tur. Nomen autem elephantiasis tractum est a similitudine elephantis, quoniam (vt inquit Galenus sexto de causis accidentiū) qui hoc morbo laborant carnē habent nigram & tuberibus plenam, qualis est cutis elephantum. Nonnulli elephantiasin ob morbi magnitudinē qui

NICOL. LEONICE NVS

nulli fere remedio succumbit dictam existimāt
 Quidam ob id quod sicut Elephas præ cæteris
 animalibus diutissime viuit, ita hic humor lon-
 gissimus est, quæ quidem omnes proprietates
 nulli alij morbo magis conueniunt q̄ illi quem
 nos vulgo leprā nominamus. Sed & satyriasis
 idē morbus a Græcis vocatur, quoniā eo affe-
 cti faciem similem satyris habent nasum simiū
 crassa labra, aures leuigatas, vt scribit Galenus
 libro secundo de causis morborum ac præterea
 alio libro qui de tumoribus contra naturam in-
 scribitur, quo etiam in loco, aspectu horribiles
 & male olentes, satyriasisin patientes ostendit, q̄
 omnes notæ morbum illum quem lepram vule-
 go dicimus, minimo minus ante oculos ponūt.
 Quamquam vero efficacibus rationibus, tū ex
 morbi essentia atq; appellatione, tū etiā ex sensu
 sūptis pbauerimus, nihil aliud esse elephātiafin
 apud Græcos, q̄ morbum quem Arabes nomi-
 nant lepram, siue quid aliud quod ipsis lepram
 significet, idem tamen Arabes vt antea admo-
 nuimus, per elephantiasin non eundē quem græ-
 ci morbum, sed crurum potius ac pedum tumorē
 rem immodicum intelligunt, quod facile est ip-
 sis permittendum, quandoquidem vt sæpe Gal.
 præcipit, non est de nominibus a medicis litigā-
 dum, nisi idem autores, non solum nomina, sed
 res ipse

DE MORBO GALLICO

res ipsas quoque confunderent, quum videatur
 Auic. libro tertio, vbi agit de Elephātiāsi sump-
 ta pro tumore pedum, nonnulla dicere, quæ etiā
 Galenus de elephātiāsi, in eo accepta quo Græ-
 ci capiunt significatu, libro siquidem qui de ni-
 gra cholera apud Latinos inscribitur, Galenus
 inquit ex eodem fieri humore elephātiāsin atq̃
 varices, qui quidem humor primū rudibus ap-
 paret, deinde nigrescit. Idem de sua elephātiāsi
 refert Auicēna, & sicuti Galenus ac Paulus ele-
 phantiāsin ad rubidum colorem declinantē mi-
 nus malam arbitrantur: ita Auicenna subrubrā
 elephantiāsin, nigra censet esse incolumiorē, &
 quia Dioscorides scribit cedream, hoc est gum-
 illud ex cedro arbore fluens, quod Arabes vo-
 cant alchitram, licet Simon Genuensis id ver-
 bum arabicum picem liquidam latine interpræ-
 tatur, quia inquā Dioscorides autor est cedreā
 iuuare elephantiacos, si ligatur aut inungatur:
 postmodum Auicenna de eodem remedio con-
 tra elephantiāsin, hoc est tumorem (sic enim ip-
 se id verbum accipit) crurū vel pedum, ita scri-
 bit: dicitur quod alchitran confert inuiscatū &
 linitum. Rasis quoq̃, qui elephantiāsin, in eodē
 quo Auicenna accipit significatu: nā & in Al-
 mansore & in diuisionibus, seorsum de lepra,
 & separatim de elephantiāsi, tanquā de morbis

differentibus tractat, idē tamen author libro duodecimo Continentis, in quo agit de crurū vitijs quibus annumerat Elephantē, de vitio elephantis plurima scribit, quæ etiā Galen. varijs in locis de elephantiasi, immo vero Rasis ipse Galenum allegat libro de cholera nigra ita scribentē. Vitium elephantis & varices fiunt ex humore nigro, quod nisi fuerit cū eis caliditas, nō erunt intensæ malitiæ, ex vehementi quoq; declinatione ad cholera nigram purā, fit vitium elephantis. Similē fere sententiā, vt ante ex parte notauimus, scripsit Auic. libro tertio capite illo, quo vna de elephantiasi ac de varicibus agit qui quidē Auic. partim Galenū partim Rasim in eodem capite videtur imitatus. Multa autem remedia q̄ Græci tradunt contra elephantiasin pro lepra sumptam, scribit Rasis libro, quē diximus cōtra vitium elephātis, vbi de pedum aut crurū vitijs tantū dixerit, veluti ex Galeni authoritate plantaginem, quā etiam Celsus ad elephantiasin præcipue commendat. Ex Dioscoridis itidem authoritate, ad vitium elephantis laudat Rasis fel hircinū atq; mentastrum. Longū esset, si multa alia vellē enarrare, quæ græci atq; arabes, quāuis de morbi essentia differentes, de elephantiasi tamen similiter tradiderunt. Quod si quis forte tam Auic. quā etiam Rasim ea ratione tu-

DE MORBO GALLICO

one tueatur, quod crurum pedūue tumore, quē elephantiasin nominarunt, non leprā sed tantū lepræ principiū iudicauerint, atq; ideo diuersis nominibus, alio. s. lepram, alio lepræ principiū nuncupare voluerint, vt morbi tamen sua tēpora diuisionem non improbamus, ita illos, duas eiusdem morbi partes, non debuisse diuersas facere species, vel etiā genera omnino contendimus, qđ maxime videtur fecisse Auicenna qui de elephantiasin libro tertio, de lepra vero egit in quarto, tanto scilicet interuallo, vt videatur elephantiasin, distinetū omnino genus a lepra putauisse, quū presertim idē Auicenna elephantiasin, non vti Galen. inter figure morbos, sed quātitatis potius, libro primo collocauerit. Et hæc quidem de prima opinione longius forte quā decuit, quia tamē est in ipsa præcipue Errata rariora disputatum nos hoc in loco abundantius disseruimus.

Iam ad alteram opinionem, quæ morbū gallicum esse lichenas asserit, confutandum veniamus. Hanc opinionem esse falsam ita colligitur. Lichen est morbus ille, qui Latine dicitur impetigo, vulgo autem volatica. Morbus Gallicus non est impetigo siue volatica, Igitur morbus Gallicus non est Lichen.

Quod

NICOL. LEONICENVS

Quod morbus gallicus non sit impetigo, siue
 volatica, quæ fuit nostri syllogismi minor pro-
 positio, tam imperiti quàm etiam periti ipso sensu
 monstrante nouerunt. Quare id solum ostens-
 dere oportet quod malum Græci Lichena voc-
 cant, nos latino vocabulo impetiginem nomi-
 nare, & quod docti impetiginem, vulgus vola-
 ticam nuncupare. Qui vero possumus melius
 ista probare quàm Cassij felicis auctoritate? cuius
 auctoris hæc sunt, quæ a Simone Genuensi al-
 legantur verba. Impetigo, Græci lichenas di-
 cunt, Latini zemas, nascuntur ex melancholico
 humore, rotundo schemate, in superficie cutis,
 cum ingenti pruritu, quis non videat his ver-
 bis morbum, quem vulgato nomine volaticam
 vocitamus designari? Plures quoque medici iuni-
 ores, in quorum numero Nicolaus est, atque etiã
 Gentilis, siue quicumque is est, cuius expositiões
 in Fen. septimam libri quarti Auicennæ haben-
 tur impressæ, sentire videntur impetiginem esse
 volaticam, & allegant alios idem sentientes, qu-
 os uis videatur Rasis, vigesimo quinto Continen-
 tis, putauisse impetiginem esse tineam siccam,
 de qua opinione postea dicetur. Eundem vero
 morbum esse apud Latinos impetiginem, quod sit
 lichen apud Græcos, præter Cassij felicis aucto-
 ritatem, etiam ratione probatur. Quæ enim re-
 media

DE MORBO GALLICO

media Galenus, & Paulus, omnesq; Græci auctores contra lichenas notauere: eadem fere cōtra impetiginem a Quinto Serenio, Rasi, atque Auicenna scribuntur, neq; hi Arabes auctores aliter generari impetiginem, quam Græci lichenas, docuerunt. Sunt autem lichenes & lepra (si lepram eo modo quo ante a Græcis capi docuimus intelligamus) solius cutis passiones. Peior tamen est lepra, quam lichenes: nam (vt Paulus & Galenus testantur) lichenes si diu perseuerauerint, tandem in lepram conuertuntur: maior enim est cutis foeditas & desquamatio in lepra, q̄ in lichenibus. Tantam tamē habent lichenes & lepra naturæ cognitionē, vt credere possim hos duos morbos, apud diuersos autores, inuicem nomina mutuari: nam quæ de impetigine scribit Celsus, ea potius lepræ conueniunt. Videtur enim idem Celsus, sicuti lepram impetiginem: ita lichenas papulas latine nominasse, quod ex q̄ plurimis, quæ alij de lichenibus, ipse de papulis retulit, colligere possumus. Quemadmodum enim a Cassio felice scribitur, lichenas nasci rotundo schemate. i. figura, in superficie cutis, cum ingenti pruritu & asperitate, atq; ubi id malum serpere cœperit, serpiginem dici: ita & Celsus ait, alterum papularum genus, per minimas pustulas, cuti exasperare, rodere, & eandem

NICOL. LEONICENVS

eandem serpere, atq; vti id vitium rotundum incipit, ita in orbem procedere, & quod Græci dicunt, ex lichenibus diuturnis fieri leprâ, Celsus de quadam specie papularû idem pronunciat, quod nisi cito auferatur, in impetiginē vertitur & sicuti Græci, quosdam lichenas, agrios, id est feros nominant, eodem modo Celsus, alterâ papularum speciem, agriam, id est feram, ab eisdem Græcis appellari testatur. Deniq; quod leui papulæ Celsus remedium præcipit, vt scilicet ieiuna saliuâ quotidie defricetur, idem Græci adhibent lichenibus puerorû, qui quidem curationis modus argumento esse potest, lichenas esse morbum, quem vulgo volaticâ noiamus, aduersus quâ nostro quoq; tempore mulierculæ circa puerorû mala sanâda præcipue sollicitæ nullam magis præsentaneâ nouere medicinâ, quæ ieiunam saliuam. Sed & eodem Celso auctore maior papula murali herba cõmodissime tollitur, quâ quidem herbam Græci, vt Celsus quoq; lib. iij. testatur, parthenicen & perditû nominât, Latini vero quia in parietibus nascitur alio nomine parietariam appellant, vulgus ob eum quem in vasis vitreis abstergendis exhibet vsum vitriolum, vt minus mirandum sit, hanc ipsam herbâ lichenas sua vi abstersoria sanare. Est tamen & altera herba, ipsa quoq; in muris: sed maxime sa

DE MORBO GALLICO

xis humeētis proueniens, a simili vi effectusq̄,
 lichen a Græcis nominata, quam nostri tēporis
 medici, nescio qua ducti ratione vel vsu, hepa-
 ticam vocitarunt, neq̄ enim vsquam apud cele-
 brem authorem vel Græcum vel Arabem legi-
 tur, lichenem herbam hepatis vtilem esse, vnde
 præ cæteris hepatica dici metuērit Quod vero
 Pandectarius scripsit ex Serapionis atq̄ Gale-
 ni (vt videtur) autoritate, valere hanc herbam
 contra splenis atq̄ hepatis obstructiones, & cō-
 tra omnem hepatis ægritudinem, hi quidem li-
 chenē effectus, neq̄ a Galeno, neq̄ a Serapio-
 ne vsquā scripti leguntur: si vero Pandectarius
 illos ex sua protulit opinione, minus illi hac in
 parte credendum, quoniā hanc ipsam herbam,
 quā Græci lichena vocant, tanta noīn confusi-
 one obscurauit, vt quæ tandē herba sit, neq̄ alij
 ex verbis eius scire liquido possint, neq̄ ipse sci-
 uisse videatur: cum enim de lichena siue lichene
 egisset in litera, a, vbi eam arabice ainec, Latine
 muscū vel vsne vocari docet: postmodū in se-
 quenti fere capite, agens de eadem herba liche-
 ne, licet videatur non animaduertere, eā Arabi-
 ce azemalfaret inquit appellari, Latine vero he-
 paticam. Eandem vero esse hanc ipsam hepati-
 cam, cum ea quā Græci lichena noīant, indicāt
 illa, quæ Azemalfaret siue (vt Pandectarius) in
 terpræ

NICOL. LEONICENVS

terpretatur) hepaticæ, a Serapione ex Galeni ac
 Dioscoridis auctoritate tribuuntur: sunt enim
 quas ijdem auctores in suis de simplici medici-
 na libris licheni herbæ subscripsere. Neq; vero
 contētus Pandeſtarius ex vna herba feciſſe du-
 as, poſtmodum in litera, I, eandem herbam ter-
 geminauit. De lichene ſiquidē, ſub proprio vo-
 cabulo egit, & limum terræ latine vocauit. Iudi
 cent ergo legentes, quanta ſit homini fides hæ-
 benda, qui herbā eandē, modo muſchū, modo
 hepaticam, modo limum terræ latine nominat,
 non ſolum varia nomina, ſed res quoq;, quæ ta-
 men vna erat, diuerſas opinatus. Quod ſi quis
 lichenē herbam, prodeſſe hepati ea ratione con-
 tendat, quoniam de ipſa ſcribit Serapio ex Dio-
 ſcoridis auctoritate, quod ictericis confert:
 morbus autem qui icterus nominatur, plurimū
 hepatis vitio oriatur: is etiam Dioſcoride do-
 cente diſcat non intra ſumptam ad vitium ipſum
 tollendum, ſed extra adhibitam potius, ad colo-
 rem ſcilicet naturalem ictericis reſtituendum,
 herbam lichenē a medicis peritioribus cōmen-
 dari, quod verba ipſa Dioſcoridis aperte demō-
 ſtrant, neq; enim cum melle confectam atq; co-
 meſtam, vt verba Serapionis male Dioſcoridē
 interpretantis videntur innuere, ſed cum melle
 illinitam potius lichenē iuuare ictericos idem
 Dioſco

DE MORBO GALLICO

Dioscorides scribit. Non est autem a ratione alium hanc ipsam herbam quæ (vt inquit Galen.) plurimum valet abstergendo, sicuti lichenas, ita alteram cutis in iſtericis fœditatem delere. Sed postq̄ de vera hepatica hoc in loco disputatur, similis error Gentilis medici nostra quoq; ætate celeberrimi, haud quæ est dissimulandus, quæ hanc iuuandi hepar prærogatiuam cuidam herbe in littoribus maris nascentis, quam alij soldanam alij per diminutionem soldanellam nominant, in quodam consilio tribuit, in quo etiam herbam, a pluribus soldanam vocatam, scribit cachilem ab Arabis nominari, de qua itidem cachile refert Serapio, ex Isaac Ebenaram autoritate, quod debilitati hepatis cõfert. Sed quæ tanti viri pace dicere liceat, fallitur sua opinione Gentilis, neq; enim herba, vulgo soldana seu soldanella, vocata est apud Arabes cachile, siquidem herba cachile folio nasturtij vel vsne describitur a Serapione. Neutra autem similitudo soldanæ cõuenit, quam scimus habere folia hederæ folijs fere similia, quæ quantū a nasturtio atq; vsne discrepent, iudicet illi, qui hasce herbas aliquando oculis sunt contemplati. Nasturtium quidem, quum sit herba hortensis, vulgo agriti nominata, puto omnibus notam. Vsne autem (vt inquit Serapio) est herba cali. Simon vero de cali ita scribit.

Q Cali

NICOL. LEONICE NVS

Cali est planta in littoribus maris nascens, simi-
 lis vermiculari pinguis & salsa. Ego hanc puto
 a græcis lephrion nominari licet Author Pana-
 dectarū, antiphyllon pro telephio corrupte scri-
 pserit, quo etiā ductus errore, vsne facit anthyl-
 lidis speciem, quum tamen anthyllis alia herba
 sit a telephio vel vsne. Si qua vero herba sit (vt
 ad propositum nostrum reuertamur) quæ ob ex-
 cellentē iuuandi hepar proprietatem nomine he-
 patica debeat insigniri, illa profecto est eupato-
 rium, quæ etiam inde apud græcos videtur no-
 minata quod bona sit epati, quanq̃ Plinius ab
 Eupatore potius inuentore dictam existimat.
 De hac enim scribit Galenus libro. vj. de sim-
 plici medicina, quod hepatis obstructiones ex-
 purgat atq; insuper hepar ipsum corroborat. In
 libro enim qui de antidotis inscribitur idē Ga-
 lenus ita de eadem herba ait. Affectum hepar
 sæpius herba eupatoriū efficaciter iuuat, sicuti
 mirabolanus lienem. Saxifraga autem atq; Beo-
 tonica renes. Non tamen quod & alibi monui-
 mus, ad hunc effectum sumenda est herba illa
 vulgaris, passim in fossatis nascens, quæ magno
 nostræ ætatis errore, pro vera eupatorio recipi-
 tur, neq; enim illi hæ notæ conueniunt, quibus
 nobis veram eupatorium Dioscorides designa-
 uit. Quod si quis forte a me exigat vt quænam
 sit vera

DE MORBO GALLICO

fit vera eupatorium, aperiam, quod in priore libro de Plinij ac medicorū erroribus in scripto distuli manifestare, dicam tantundem quid sentiam, si prius illud, quod in eodem libello etiam antea ostēdi declarauero, semper fuisse aliquos in veris medicinarum nominibus, etiam prioris seculi errores, qui vsq; ad nostra tempora sunt propagati, nā quia plures superiore quoq; ætate imperiti, colore decepti, metallum id qđ peritiores cinabarim nominarūt, esse draconis sanguinē crediderunt atq; ideo non cinabarū, sed potius draconis sanguinem, idem metallum nūcuparunt, nos quoq; priscam seruantes consuetudinem ita vocamus, idem in herba eupatorio contingit hanc enim multi veteres, quos Dioscorides notat, putarunt esse veram argemoniū, quū tamen hæc sit ab eupatorio diuersa, qui error ad nos etiā permanuit, herba enim quæ est vera eupatorium, a pluribus creditur esse argemonium, atq; ideo corrupto vocabulo passim Agrimonia nominatur. Quam quidē rem miror a multis non fuisse animaduersam, quum (vt alio scripsimus loco) herba eupatorium passim nascatur, sic vero a Dioscoride, & Plinio Dioscoridem imitante, describitur vt pene sub aspectum poni videatur. Hæc est Dioscoridis in eadem herba descriptio.

NICOL. LEONICENVS

Eupatorium herba est fructicosa, virgam vnā
 attollens rectam, lignosam, tenuem, nigram, hir-
 sutam, cubitalem, vel etiam maiorem, folia per
 interualla diuisa in quinq; maxime partes vel
 plures, similia folijs pentaphilli vel cannabis
 potius, & ipsa quoq; sub nigra, ferratim incisa
 per ambitum. Semen vero medio cauli adnasci-
 tur subhirsutum, vergens ad inferiora, ita vt ex-
 iccatum vestibus adherescat, in qua quidem de-
 scriptione ea herba pingitur, quā aliqui ab illa
 adherescendi natura, quam fructui tribuit Dios-
 corides, lappulam nominarunt, nos vulgo agri-
 moniam vocitamus. Sed & alia quæ in Eupa-
 torio describuntur, caulis. s. lignosus, nigricans,
 hirsutus, cubitalis aliquando altitudinis, folia si-
 milia canabi vel pentaphyllo, ita herbæ vulgo
 vocatæ agrimonia quadrant, vt hanc esse verā
 Eupatoriū nemo nisi ab ortu naturæ cæcus nō
 agnoscat, vnde etiam duplex seculi nostri error
 deprehenditur, Alter qđ herbam a veteribus
 eupatorium nominatā, pro vera agrimonia re-
 cipimus. Alter quod pro eupatorio, herbā vul-
 garem, de qua nulla fit a priscis authoribus mē-
 tio, nulla nisi vel ratione vel autoritate, ad vsum
 medicinæ frequenter adhibemus. Sed hæc qui-
 dem quāuis forte a nostro proposito, qui more
 bum gallicum potius q̄ herbas intendimus ex-
 planare

DE MORBO GALLICO

planare, longe aliena: iuuanda tamen mortalita-
tis gratia, q̄ haecenus in veris remedijs dignos-
cendis hallucinatur, obiter sint exarata. Iam ad
propositum reuertamur, quo probare intende-
bamus, qđ malū greci lichenas dicunt, a Celso
papulas nominari, sicuti quod ijdē græci lepra
dicunt, a Celso etiam impetiginem nuncupari,
hoc enim possit vel ex ipsorū morborum defi-
nitionibus demonstrari, nā lichen, in libro qui
ori iatrici id est definitiones medicinales inscri-
bitur, definitur, siue liber ille Gale fuerit, vt titu-
lus prę se fert, siue alterius nō multum a Galeni
placitis dissentientis. Lichen est asperitas cutis
cū magno pruritu. Lepra vero hoc pacto. Le-
pra est transmutatio cutis ad contrarium natu-
rę habitum cum asperitate dolore atq; pruritu
& squamarum resolutione, & quandoq; vnam
quandoq; plures corporis partes depascitur.
Celsus quoq; tam in papulis q̄ etiam in impeti-
gine cutim exasperari innuit. Impetigini vero
hoc propriū tribuit qđ in ea squamulae resoluun-
tur, & hoc quidem fieri in qualibet impetigine
sicuti etiam omnem eius speciem oriri in pedib;
& manibus, atq; vngues quoq; infestare idem
Celsus testificatur, quod postremū dictum vel
ipsum probare queat, nihil aliud significare im-
petiginem apud Celsum, quam lepram, quū nō

NICOL. LEONICENVS

Solum greci auctores? sed Plinius quoque autor Romanus vngues leprosos sepiissime nominat Auic. & ipse impetiginem ita diuidet, quod alia si non excorticata, alia excorticata per impetiginem non excorticatam, papulas apud Celsum, lichenas vero apud grecos videtur significare sicuti per impetiginem excorticatam, id quod Celsus vocat simpliciter impetiginem greci vero leopram. Sunt autem hec Auicennae de impetigine excorticata verba. Et de impetigine, est excorticata, propter vehementiam siccitatis, & multitudinem profunditatis & est sicuti albaras nigra, & sicuti cortices Est autem hic dubitatione dignum cur Auic. hoc in loco impetiginem excorticatam dixerit esse sicuti albaras nigram? qui tamen in alio capite superiore, albaras nigram ita definierat. Albaras nigra impetigo excorticatiua, & est scabiositas accidens aspera, vehemens & facit squamas sicuti piscium cum pruritu, & est propter humorem melancholicum inhibentem de eo quod est iuxta ea inhibitione fortiore quam in colore imprimat tantum haec quidem Aui. Est autem (vt dixi) dubitandum, si albaras nigra est impetigo excorticatiua vt hoc in loco inquit Auic. quo pacto erit sicuti albaras nigra quemadmodum scribit inferius, quod enim est sicuti alterum, non idem videtur esse. Nos vero hanc dubitationem ita soluimus

DE MORBO GALLICO

Solumus Grecos a quibus arabes omnia ista ac
 ceperunt, duo habere vocabula germanos mor
 bos significantia, lepram scilicet & psoram atq;
 ideo hę duę passiones propter naturę proximi
 tatem a Paulo eginita simul describuntur in hęc
 sententiam. Lepra & psora sunt in superficie
 cutis asperitates cum pruritu & resolutione, ex
 melancholico humore ortū habentes: sed lepra
 quidem cutem profundius depascitur in orbem
 procedens, atq; in ea quędam veluti squamulę
 resoluuntur. Psora vero magis in summo consi
 stit: varijsq; modis figuratur & furfuracea cor
 pora abiscit. Lepra igitur apud Paulum, est im
 petigo excorticatiua apud Auicennā: sicuti im
 petigo non excorticata apud eundem Auicen.
 est lichen apud grecos, vt etiam supra monstra
 uimus. Albaras aut nigra est Paulo. Et ginitę
 psora: quā quidē albaras nigram Auic. ab im
 petigo excorticatiue separauit, cum loco quasi dif
 ferentię adiunxit est scabiositas accidens, & re
 liqua: quod verbum adiunctum indicio est tan
 tum importare. Auicen. albaras nigram, quan
 tum grecis autoribus psora, hoc enim verbum
 arabes in sua lingua baras interpretantur: quod
 patet ex verbis Rasis quę libro. xxv. cōtinentis
 capite illo quo agit de passionibus vnguiū in
 hunc modum scripta leguntur.

Dixit Galenus, expertus sum cantharides, & inueni quod sanant vnguium baras, si de eis fiat illinatio cum ceroto. Huius vero remedij sufficientem se habuisse experiētiā ad vngues pso-ram patientes scribit Gal. lib. xj. de simplici medicina. Vt vero primum nostri instituti propositum tandem absoluamus. Quum lepra ac psora solius sint cutis affectus, vt ex earum definitionibus constat, ac fere sine dolore, in quibus squamula tantū & cortices furfuri similes emittuntur, non autem pustulae eminentiores quodam veluti virus stillantes, quantae ac quales in morbo gallico apparent, excitentur, morbū gallicum nō esse lichenas (si etiā lichenas cū lepra vt apud Auic. atq; ipsum forte Plin. confundatur) tam ratione quā sensu ipso ad stipulante demonstratur.

Postquā satis (vt apparet) probauim⁹, morbum gallicum non esse lichenas siue impetiginē, magnam etiam eius opiniois partem, quae eundem morbū esse asafati asserit, vna videmur destruxisse quando arabes asafati atq; lichenas pro eodē morbo nonnunquā accipiunt, est enim (vt inquit Auic.) impetigo non longinqua, asafati nisi cum re occulta, & pertransit vt sit asafati sicca impetigo malignior. Rasis quoq; quod & antea

DE MORBO GALLICO

Et antea notauimus, scribit in vigesimo quinto
 continentis putare se impetigenem esse tineam
 siccam, quasi diceret saphati siccam, videtur enim
 hoc verbū saphati apud Arabes duo tineæ gene-
 ra significare, alteram siccam, alteram humidā
 Non distinguūt autē ijdem Arabes tineā siccā
 ab impetigine, ea ratione fortassis, quod similes
 impetigini dispositiones sicuti faciē ac collum
 ita summam capitis partem frequenter infestāt.
 Id circo Auic. ijsdem remedijs vtitur etiā ad sa-
 fati, quibus Paulus ad lichenas siue impetiginē
 stercore sc; lacerti, & stercore turdorū proprie
 comedentium oryzam, quamuis Paulus aues il-
 las vscentes oryza non turdos sed sturnos po-
 tius nominet, de quo arabum ac precipue Auic.
 errore turdos pro sturnis sæpe ponentium alibi
 diximus. Quod vero Auic. etiam saphati pro
 tineā non modo sicca, veluti aliquñ Ralis, sed
 etiā humida accipiat, illæ ostendunt medicinæ
 quibus vtitur Auic. ad saphati humidam. tucia
 s. climia, & chimolea, & charta combusta cum
 aceto, & gummi pini cum balaustis & aceto &
 oleo rosaceo, hæc enim omnia fere Paulus egi-
 nita ad faui. i. cuiusdā speciei tineæ humidæ ita
 nominatæ adhibet curatiomē. Mesue quoq; Ga-
 lenum allegat scribentem multos se sanasse, qui
 saphati patiebantur, linimento chartarum com-
 bustarum

NICOL. LEONICE NVS

gummi bustarum tritarum & cum aceto temperatarum
 Hoc autē medicamento Galenus libro primo
 decem tractatum qui memiri inscribitur apud
 Arabes ad Achoras. i. alterum humidæ tineæ
 speciem vsum se fuisse testatur, quam etiã tineæ
 speciem Rasis in libro diuisionum safati nomi-
 nat, scribens enim de altera specie, quam græci
 cerion, nos fauum appellamus, ait quod eius fo-
 ramen est maius & latius foramine safati, quæ
 sunt Gal. ac Pauli verba, Achoras & fauū ex
 foraminum magnitudine distinguētium. Idem
 Rasis in libro de ægritudinibus puerorum, alte-
 ram tineæ speciē, quæ fauus siue (vt ipse inquit)
 fauositas mellis vocatur, etiã safati nomine ara-
 bico nuncupauit, hæc enim sunt eius verba. Pas-
 sio quæ dicitur fauositas, est species safati. In al-
 mansore etiam habetur capitulum de safai vel
 safati, quæ sunt, vt ibi exponitur, vlcera capitis
 habentia crustas. Vsq; adeo autē rasis safati ca-
 pitis morbis addixit vt vigesimoquinto conti-
 nentis (quod & testatur Nicolus) safati capitis
 impetiginem nominauerit qui itidem Nicolus
 de safati & tineæ vna agit, & safati id est tineæ
 vt ipse etiam exponit, plures modos enumerat
 ex Galeni in primo memiri, & libro de aposte-
 matibus, autoritate. Apud Auicēnā etiam oēs
 safati species sunt cutis capitis passiones. Nam
 safati

DE MORBO GALLICO

safati incipiēs q̄ est (vt Aui. inqt) bothor parug
 fixæ leues, diuila in numeratione locorū, deino
 de exulcerantes, nihil aliud sunt nisi exantema
 ta, id est pustulæ, quas scribit Paulus rubidi esse
 coloris, & asperas, summam capitis partem ex
 ulcerantes. Sirengi vero q̄ est species safati hu
 midæ apud Auicennam, est cerion id est fauus
 apud græcos, ad quam (vt diximus antea) Aui
 cenna scribit eadem remedia, quæ Paulus, vt vi
 deatur verbum græcum cerion, in sirengi apud
 Auicennam esse deprauatum, sicuti forte psy
 dracia in balciati, siue vt alij scribunt, rciati al
 teram safati speciē. Sunt autē psidrata, vt Paul.
 atq; Alexander exponunt, pustulæ super cutem
 capitis eminentes. Verbum autem Balciati, pu
 stulas tales apud Auicennam significare indi
 cant ipsius Auicennæ verba sequentia, quæ ita
 se habent. Et balciati quidem est de genere sasa
 ti malæ, & quādoq; est causa eius, morsus sicuti
 scinifes maligni, est autem verbum scinifes
 æque hoc in loco, a verbo græco conopes de
 formatum, cuius quidem verbi quantumlibet
 vitiati significatum Pandetarius intellexit, nō
 tamen scripturam emendauit, sed corruptū vo
 cabulū, ita vt inuenit, exposuit hoc modo. Scini
 fes. i. q̄dā musca parua, quasi effugiens visionē
 habens aculeū acutum, & alio nomine vocatur
 culex

NICOL. LEONICE NVS.

culex culicis, & idiomate nostro vocatur senza
 la vnde declinatur hoc scinifes, genitiuo huius
 scinifes indeclinabile. Hæc Pande ctarius non
 magna cū elegancia sed fide tamen Nam quod
 nomen scinifes sit indeclinabile, ostendit mod⁹
 ipse loquendi Auic. quum inquit morsus sicuti
 scinifes maligni, est enim scinifes casus genitiui
 Quod vero conopis seu culicis morsus, in cute
 verticis vel faciei tales pustulas excitet, quales
 diximus a Paulo atq; Alex. medicis, psydracia
 nominari, loca habitantes, in quibus plurimus
 est eius insecti prouentus, magno sui tedio ple
 runq; experiuntur. Tantam autem fieri græco
 rum nominum vel morbos vel animalia signifi
 cantium in libris Auic. transformationem, quã
 tam hoc in loco insinuauimus, vnusquisq; mihi
 facile credet, qui in secundo eiusdē authoris vo
 lumine æqualem, vel etiã aliqñ maiorem, in no
 minibus medicinarum factam animaduertit.
 Quū ibidem cochiū pro phocha .i. vitulo mari
 no. Cheichem pro camcamo .i. gummi quodam
 odorato. Astratifus pro asteraticus id est herba
 inguinaria. bacche probetio id est tussilagine. bi
 loniū mel pro aphore pro pelio pepelio, beblifi
 pro peplo, herbis earundem virium, altera tamē
 portulacæ hortensi, altera rutæ similibus. Gue
 gueris pro cenchro. i. milio, sicutum pro symo
 phito

DE MORBO GALLICO

phito. i. consolida herba. Tephisie pro thapsia,
 & mille alia græcorū verborum corruptiones
 inueniantur, quas vix puto posse intelligi, sine
 autorū græcorum, qui medicinam posteris tra-
 didere, cognitione, quando & Auic. tantus alio
 qui medicinæ magister in eis caligat aliquando
 vt cū tefisie. i. gummi rutæ agrestis, quod nulq̄
 inuenitur, exponit succutum vero semperuiam
 vel speciem seminis mandragore secundum du-
 as opiniones, vtrancq̄ tamen falsam interpreta-
 tur. Qua quidem nominum obscuritate nescio
 quid possit esse in medicinæ opere periculosius
 quando ex ea non modo alterū pro altero mor-
 bū curari, sed alia etiā p̄ alijs remedia exhiberi
 cōtingat. Quocirca nūq̄ satis laudari posset AL-
 Manucius Romanus Vir non minore ingenio
 quam doctrina qui sua industria atq̄ labore om-
 nem græcorum sapientiā grammaticā, poeticā
 oratoriam, philosophiam, & medicinam etiam
 innumerolis voluminibus curat impri mendam
 qui tot doctissimorum hominū lucubrationes
 quæ non multis post annis erant interitura, ita
 reficit atq̄ restaurat, vt nulla vnq̄ possint tēpo-
 rum vetustate aboleri, dignus profecto immor-
 talitate, qui tā multis viris prestantibus dat eter-
 nitatem. Alluatim vero de quo post safati speci-
 es, Auic. facit mentionem, quoniam crurum nō
 capitis

NICOL. LEONICE NVS

capitis vlcera esse dicuntur, ideo neq; safati ab eodē Auic. cognominantur, quare neq; ad præsentem disputationē videntur pertinere, quia tantum probare intendimus, morbū gallicum non esse safati. Illud tamen a nobis obiter dicitur, alluatim verbum esse arabicum, corrupte hoc loco pro albotim scriptum, sic enim legitur & non alluatim in codice arabico Auicennæ. Significat autem albotim in Arabum lingua arborem terebinthum, ex qua nascitur resina terebinthina, vnde & gluten albotim nomine partim latino, partim arabico, a medicis iunioribus eadem resina notatur. Sed & ijdem arabes albotim vocant, quædam genera pustularum, similitudine fructui arboris terebinthi, a qua pariter similitudine græci quoq; anteq; arabes easdē pustulas terinthus vocauerunt. Sunt autē veluti vlcera parua lentis magnitudine, vel non grandiora faba, colore inter nigrū ac viridem, quāuis & qualis est etiā fructus a quo nomen, tā apud græcos, q̄ etiā apud arabes habuerunt. De his autem vt arbitror vna cum speciebus safati, egit Auicenna, quoniā hæ quoq; sicuti safati, egit in summa corporis cute nascuntur, vt Paulus Æginita qui de terminthis scripsit, ex Dioscoridis alexandriensis autoritate, testatum reliquit. Sed de eisdem, etiam libro tertio capite de bothor, nominatis

DE MORBO GALLICO

minatis botim, ipse Auicenna plenius erat excusatus his verbis. Hæc bothor apparent in crure nigra quasi ipsæ sint fructus tamaricis aut grana virida magna, & materia earum est materia varicum, & cura earum ex parte mundificationis est cura varicum vlcerum melancholicorum quæ quidem verba Auicennæ nihil aliud ostendunt quàm quod libro. iiii. capite de safati, circa finem de alluatim idem Auicenna specialiter scribit, quod videlicet alluatim sunt vlcera melancholica quæ apparēt in crure ex eadem materia ex qua sunt varices & appropinquat cura eius curationi earum, illud etiã luce clarius manifestat verbum alluatim libro. iiii. male pro albotim positum, & has pustulas botim nominatas, easdem esse cum illis quas græci terminthus appellant, a similitudine, vt diximus, fructus arboris terebinthi, qui fructus apud Arabes granum viride nominatur, hoc enim est quod dicit Auicenna capite libri tertij nuper allegato, esse eas quasi fructus tamaricis aut grana virida magna, ideo autem Auic. addidit magna, quia sicuti duplex est arbor terebinth⁹ fructifera feminina vtraque, nam mascula est sine fructu, ita fructus diuersificatur, alter enim est magnitudine lætis, alter vero grandior faba, vt diximus, hic autem est quæ Auic. magnū vocat ad alterū equalē lenti cōparatum

Hæc

NICOL. LEONICE NVS

Hæc igitur si vera sunt (vt certe vera esse existimamus) non parum illi decipiuntur, qui alluatim quartam faciunt safati speciem, quinq; safati non tantum cutis caput integrentis quantum faciei morbum esse arbitrantur, quo etiam errore ducti videntur, qui morbum gallicum safati esse opinantur, quoniam hic morbus cæteris partibus sub veste latentibus vulnus hominum euidentius ostendit. Eiusdem vero erroris autores aiunt ex .j. libro Galeni de decem tractatibus suos sermones sumpsisse, neq; animaduertunt, qd idem author de morbis faciei, nō primo libro, sed quarto tantum illorum tractatum edisserit. sic enim rectus ordo exigebat, vt primū a caluarie morbis inchoaret, de quibus solis in .j. libro pertractat, deinde ad ea quæ in auribus, in oculis, atq; in tota facie oriuntur mala, descendens singula in proprijs tractatibus declararet, vt vel ex his quæ ipsi concedunt, illud probari possit, safati esse solius verticis passionem, quando a Galeno in .j. libro decem tractatum de safati agitur. Sed & achores, & faui, & psudratia, & exanthemata, & quicunq; eodem libro capitis morbi a Galeno cōnumerantur, vel tineæ sunt, vel tineæ similes scæditates sumpto tamen tineæ vocabulo, in eo quo medici iuniores capiūt significatu. Quod nisi Auic. hæc omnia sub safati nomine

in suo

DE MORBO GALLICO

q̄ ceteros exitialem latuisse Galenum, atq; ideo
 neq; in lib. xiiij. artis curatiuæ, neq; in secundo
 ad Glauconē, neq; in libro de tumoribus con-
 tra naturā, nusquam deniq; ab ipso esse nomi-
 natū, pene ridiculum suspicari. Quod si Gale.
 & de pruna, de qua agit Auicē. & de anthrace
 pestifero, sub eodē noīe anthrace videlicet lib.
 xiiij. artis curatiuæ tractasse dicatur, quoniā an-
 thracē fieri aliquando in epidemia eodem loco
 Galenus testatur, nonne hoc idē de pruna & ig-
 ne persico refert Auic. his verbis: Et quandoq;
 accidunt ista, causa pestilentia. Talis ergo pru-
 na, atq; altoim, siue anthrax, minime different.
 Atq; hoc pacto Auic. de eodē tumore pestife-
 ro, sub varijs noībus, pruna .s. atq; altoim fru-
 stra in duobus egisse locis iudicabitur, nisi for-
 te dixerimus altoim quidem esse anthracem nō
 omni tēpore, sed solum pestilente, neq; in omni
 parte corporis, sed tantum in glandulosa ac pre-
 cipue inguinibus ortum, quando & ipse Auic.
 hoc idē videtur insinuare ita scribēs: Antiquis-
 simi antiquorū noīauerunt noīe, quod translātū
 est in arabico altoim, oē apostema eueniens in
 mēbris glādinose carnis aut alibi, hęc enī est ve-
 rior lectio q̄ altera alibi, siquidem alibium signi-
 ficat apud Arabes inguen, vnde & herba ingui-
 naria, quā græci buboniū noīant, apud Arabes

NICOL. LEONICENVS

alibium nuncupatur, licet Pandectarius secutus Serapionis errorem, heringium a bubonio siue herba inguinaria non distinguens, alibium heringium interpretatur. Voluisse autem Auic. lib. .iij. vbi de altoim scribit, de hoc tumore agere qui præcipue in inguinibus nascitur facile coniecturabitur vnusquisq; qui inuicẽ verba Auic de altoim & Pauli de bubone contulerit. Sunt enim quasi eadẽ medicinæ, quibus Auic. curat altoim, & Paulus bubonem, nisi quãdã Paulus multo rectius eandem curationẽ distinxit, nã quum duplex sit bubon id est bubo, alter qui fit a causa primitiua (vt vtat verbo apud medicos iuniores vsitato) atq; ideo ex sanguine non necessario maligno, alter qui fit ex materia venenata tempore præsertim pestilentia, in primo quidẽ bubone inchoante Paulus vtitur refrigerantibus atq; adstringentibus medicamentis, veluti spongia ex posca, & lana ex vino & oleo acerbo, vel rosaceo, vel melino. i. pomorum, vel lentiscinio vel myrtino, nullum ex his in tali bubone periculum imminet, vt quilibet medicæ artis peritus intelligit. Auic. veronulla adhibita distinctione hæc eadem remedia quibus ex reprimentibus adhibet in principio altoim id est bubonis pestiferi, quibus nihil possit esse in hoc malo periculosius. Neq; vero illud satisfacit quãdã nonnulli de hoc ge

DE MORBO GALLICO

hoc genere medicandi dubitantes dicunt in Auicennæ excusationē, quod videlicet Auicēna voluerit, nō super ipsum altoim, sed potius partes ipsi vicinas, ne corruptio perābulct, eas quas diximus imponi medicinas reprimentes. Ego enim in hoc genere morbi prestare semper opinor non solum ad locum affectum, sed etiā proximē tabem pestiferam quātum fieri possit euocare. Si enim a locis circumstantibus repercutiatur quātum extrinsecis partibus hoc est ignobilioribus mali depelletur, tantum ad intrinseca & plerūque lethalia detrudetur, quū illud quoque in pestilētia sit obseruatū, quāto plures cutis exterioris partes afficiuntur, tota vi noxia foras prodeunte, tāto minus subesse periculi, sicuti vbi vnū solū locū carbunculus occupauerit ægri salus pene est desperata, quanquā vero Auic. & si non in curandi ratione saltem in eo cū Paulo conueniat quod sicuti hic bubonū ab anthrace, ita ipse altoim a pruna seiunxit, non tamen æque constat apud Auicennam ex qua materia pruna, vel ignis persicus oriatur, quum videatur quandoque Auicenna non solum a Paulo, atque Galeno, sed a seipso pariter de hisce morbis scribens dissentire. Galenus enim quē Paulus etiam sequitur ait anthracem ex sanguine melancholico feruente generari atque ideo a pustula aliquando incipere

NICOL. LEONICENVS

re, aliquando sine hac, deinde quandam attollit
 pustulā, qua disrupta similiter vlcus crustosum
 fit. Eadē vero de pruna, vel igne persico, quorū
 dam in loco scribit Auic. libro. s. quarto inter
 initia fen. tertiæ capite de apostematibus & pu-
 stulis, in hunc modum. At vero ex sanguine
 grosso, malo, fiunt species exiturarum malarū
 nā si ei⁹ malitia vehemēs fiat & ipsi⁹ ambustio
 proueniet herisipila, & eueniet combustio, &
 crusta, & deterior est ignis persicus. Hoc enim
 in loco Auicenna de igne quidem persico vide-
 tur cum Galeno consentire, siquidem ignis per-
 sicus idē genus, coit cum anthrace de quo Ga-
 lenus agit libro. xiiij. artis curatiuæ, quemad-
 modū ex ipso constat Auicenna, qui libro quar-
 to capite de vlceribus ait, vlcus corrosiuum ignis
 nem persicum a Galeno nominari, vt etiam ex
 multis translationibus constat, quæ anthracem
 ignem sacrum vel persicum interpretantur. De
 herisipila vero idem Auicēna aperte a Galeno
 discordat, qui vult herisipilā non ex sanguine
 crasso, qualis est melancholicus, sed potius tenui-
 ssimo generari, vt constat ex eius verbis, libro
 ij. artis curatiuæ ad Glauconem de vero herisipi-
 pelate scriptis. Postmodum vero Auicenna in
 eo quarti libri capite quo de pruna atq; igne per-
 sico tractat, licet easdem fere notas in pruna &
 igne

DE MORBO GALLICO

igne persico scribat, quas Galenus ac Paulus in anthrace siue carbone, pustulas scilicet corrosiuas facientes accidere escaram, qualem facit accidere cōbustio & cauteriū, vult tamē tā pruinam, quam ignem persicum, ex cholera citrina generari, quæ si verba eius attendimus, ex sanguine cholerico originem traxit. Si autem mihi quod etiam ab initio exposulauī, hoc in loco concessum ab ijs, qui nihil nisi eleganter dictatum audire patiuntur, & verba potius quā sententias conseruantur, vbi de arabum medicorū opinionibus disputatur, seruare eundem aliquando modum loquendi quo medici passim iuniores vtuntur, pro flaua bile choleram, pro atra melancholiā, pro herisipilate herisipilam, & plura alia nomina barbara vsurpare, ne si alijs quā ipsi vobulibus vti voluero, non tā videar latinitatē affectasse quantum verborum studeo bonos auctores oppugnare tentasse. Materiam itaque prunæ vel ignis persici, apud Auicennā esse choleram citrinam ex cholerico sanguine genitā indicant ipsius Auic. (vt nuper diximus) verba quæ ita se habent. Et vnusquisque amborum tā se; pruna quā ignis persicus est de cholera citrina adurente permista melancholiæ. Et paulo post in curatione eorundē morborum Auic. præcipit fieri phebotoimiā aliquādo vsque ad syncopen, vt san-

NICOL. LEONICE NVS

guis cholericus euacuetur, qui quidem curatio-
 nis modus nescio quantum rationi vel etiā ipsi
 Auic. conueniat, qui sanguinem esse frenū cho-
 leræ ubiq; insinuat: & primo libro cauendū esse
 admonet, ne superflua sanguinis missione agrū
 ad humorum cholerorum ebullitionem perdu-
 camus. Quare si eius alijs in locis doctriā se-
 quimur, in morbo ex cholera superante seu san-
 guine cholericō factō, phlebotomia non cōpe-
 tit vel non tanta vt ad syncopen vsq; perducatur
 nam & Galenus ipse qui tam audaci remedio
 adstipulatur, non nisi in tribus dispositionibus
 vsq; ad animi defectum sanguinē detrahit, vel
 scilicet in maximis phlegmonibus, vel febrib;
 ardentissimis, vel doloribus vehementissimis.
 Quarū nulla adest in eo de quo differimus mor-
 bo: si enim sanguis cholericus sit superabundās
 quod esse in igne Persico innuit Auic. nō phle-
 gmones faciet, sed potius herispilas etiam exq;
 sitas, vt inquit Galenus lib. ij. artis curatiuæ ad
 Glauconem, vbi inter phlegmonem atq; heris-
 pilas ponit differentiam. Veri autem herispila-
 tis calor immodicus, vt idem Galenus sentit li.
 ix. artis curatiuæ, non aliter q̄ aqua frigida epo-
 ta curatur. Sic & quæcunq; aliæ febres, ex cho-
 leræ, vel per se vel sanguini mistæ feruore gene-
 rantur, nullum magis præsentaneum habent re-
 mediū

DE MORBO GALLICO

medium, quod frigidæ aquæ potionē. Vnde Auic.
tam in curatione herisipilæ, quod etiam caufonis vi-
sus est dubitare an in eis sanguinē mittere oportet,
nedum iusserit ad syncopen vsq; profundū
Hoc enim remedium in his solum febribus cō-
uenit quæ ex multo sanguine, vel ebuliente, vel
putrescente generantur, quales illæ sunt quæ p-
prio nomine synochi nominantur, sed necq; pro-
pter intolerabiles dolores (hi enim in hoc mor-
bo non adsunt) tanta sanguinis detractio est fa-
cienda, quod si etiam adessent distinguendum
foret, vt inquit Galenus in expositione aphor.

Quæ egeruntur non multitudinem considera-
re oportet an phlebotomia vel potius purgati-
one sedari deberent, nihil aliud ex his verbis in-
sinuans, nisi quod vbi humor alius a sanguine,
faceret sua vel qualitate vel quantitate dolorē,
purgationem esse præferendam, quod videmus
eundem Galenum in omnium morborū præci-
pue cholericorum curatione vbiq; obseruasse,
adeo vt in commentarijs lib. ij. de humoribus,
etiam in pleuritide cum fit ex humore choleri-
co damnet phlebotomiam, quā tamen plus in
hoc quod in vllō altero morbo, alioquin videtur p-
bare. Apparet enim & ipsum quemadmodum
etiam Auic. nimiam humorum cholericorū in-
flammationem vbiq; cuitare, quod hanc in ignis

NICOL. LEONICE NVS

persici curatione Auic. non cauerit, docens alio
 quando in ea vsq; ad syncopen sanguinem eua
 cuare. Quid quod etiam Auic. in pruna vel iga
 ne persico prohibet scalpellationem profundā
 quando materia est decliuis ad choleram, His
 enim & ipse vtitur verbis, & tamen capite supe
 riori vbi agit de formica, suaserat ex Galeni cō
 silio extirpare formicam cum aliquo qđ sit sicu
 ti embula & extremitas pennæ aut alterius rei,
 cuius extremitas sit acuta, q̄ possibile sit deglu
 tire formicam. Atqui hæc extirpatio formicæ si
 diligenter inspicimus multo est violentior quā
 scalpellatio, vt si hanc timet Auic. quando ma
 teria est decliuis ad choleram multo magis tale
 qđ facere debuerit formidare in morbo ex ma
 teria non decliui ad choleram, sed mera cholera
 vt ipse opinatur procreato. Ego quidem puto
 Auic. modo salua tanti viri reuerentia dicere li
 ceat, morbos & natura distantes atq; eorundem
 curationes plerunq; confundere, vel vt eisdem
 vtar verbis, quæ ipse solet aliquñ in aliorū repre
 hensione vsurpare, capitulū in cap. ponere, quā
 quidem confusionē videtur in tribus capitibus
 de herisipila, de formica, & de igne persico se
 consequentibus præcipue fecisse (nā vt nos etiā
 eundē seruemus ordinem) capite quo agit de he
 risipila inter cæteras huius morbi notas hæc etiā
 ponit

DE MORBO GALLICO

ponit quod cōburit & sua virilentia vesicat. Hæc autem (vt ita dixerim) vesicatio maius propria est alteri morbo de quo agit in sequenti capite, quem ipse formicam miliarē, Galenus vero ac Paulus herpetem cenchriam id est miliarem, ea potissimum nominant ratione, quod serpit atq; in cute vesicas siue pustulas milio similes exci-
tat sed etiam medicinæ ipsæ quas adhibet Auic. ad herisipilam super cutem existentem sunt quæ a Paulo scribuntur ad formicam miliarem, siue (vt eius utar verbis) ad herpetē vessicosum vel pustulosum. Hæc enim sunt Pauli verba. Ad herpetem vessicosum scoria plumbi ex vino austro cōtrita mox illinita cataplasma ex folijs betæ in vino decoctis superpone. Auic. autem ad Pauli, vt videtur, imitationem ita scripsit. Et si fuerit herisipila super cutē curetur ex scoria plumbi cum vino pontico cum folijs siclæ bullitæ cū vino. Modus autem loquendi Auic. non parua potest diligenter inspicientibus facere dubitationem, quum enim inquit. Si fuerit herisipila super cutē videtur ex his verbis innuere posse etiã aliter quã super cutē fieri herisipilam. Atqui Auicenna superius inter phlegmonem atq; herisipilam faciens differentiam, ita scripserat. Et apostema herisipilæ non fit nisi in eo quod apparet de cute.

Quare

NICOL. LEONICENVS

Quare nisi hæc dubitatio soluatur, non parua suspitio relinquetur, quod medicinæ, quas hoc in loco ad herisipilam scribit Auic. alteri potius morbo, hoc est formicæ miliari conueniunt. Sed & verba sequentia Aui. hoc ipsum apertissime monstrant: nam statim subinfert: Et curetur cū eo in quo est resolutio & exiccatio fortis cū in frigidatione. Nemo autem nescit, nisi qui tritū illud in medicina principium etiam ignorat, cōtraria. s. contrarijs curari, herisipile morbo calido & sicco fortiter exiccantia non competere. Quod ipsum Gentilis animaduertens inquit Auicennam hic dupliciter intendere. Primo quod ponit absolute medicinas, quæ competūt in statu: Secundo quod hic ponit medicinas, quæ cōpetunt in herisipila vlcerata, quæ sunt nimis fortis exiccationis. Nos vero ex hac ipsa respōsione illud confessum habemus, quod contra Auic. probare nitebamur, eas. s. quæ hic ponuntur ab ipso medicinas, nō herisipile, de qua agit in hoc capite: sed alteri potius morbo, de quo tractat in sequenti formicæ. s. vt miliari, vel corrosiuæ conuenire: nā herisipila vlcerata nihil aliud est nisi herpes exedens apud Gale. vt idem Gale. lib. xiiij. artis curatiuæ testatur: herpes autē comedēs est formica corrosiua siue vlcerata apud Aui. Quod vero non differat herpes comedēs de quo

DE MORBO GALLICO

de quo agit Galen. a formica corrosiua, de qua scribit Aui. videre licet ex his quæ Aui. quidē de formicæ corrosiua. Gal. vero de herpetis comedentis curatione eadem ambo præcipiunt, hæc enim sunt Aui. verba: Via autem secundū quam curatur formica est, vt ea quæ ex ipsa est corrosiua alienetur ab humectatione quam iam administrasti in herisipila: humectatio enim nō est conueniens in vlceribus. Gale. quoq; a quo sumpsit Aui. in eandem fere sententiam scribit lib. ij. artis curatiua ad Glauconem. Herpetes quidem quantum ad totius corporis curationē simili modo quo herisipelata curare oportet: quantum vero ad locum ipsum affectum, non etiam similiter: omnes enim qui exesi sunt refrigerari quidem desiderant, sicuti & alij atq; herisipelata, nō tamen ea medicamenta quæ præter id quod refrigerant etiam humectant patiuntur, sed ex ea sola ex refrigerantibus quæ simul exiccare possunt admittunt. Hic Gal. sicuti Aui. in cura formicæ corrosiua, ita in curatione herpetis comedentis prohibet humectationem, quam tamen in herisipelatis probat, atq; ideo idē Gal. subiungit. Non igitur neq; lactucam neq; polygonium, neq; ex stagnis lenticulam, vel palustrem lotū, vel anthylium, vel psyllium, vel portulacam, vel intybum, vel semperuiuam

NICOL. LEONICENVS

uiuam vel tale aliquid quod possit humectare, q̄
 herisipilatis erunt oportuna oportet adhibere.
 Sed hic non paruus manet scrupulus, quia has
 ipsas herbas vel magnā earum partem in prin-
 cipio formicæ corrosiuæ probat Auic. ita scri-
 bens. Et administra in principijs eius. s. formi-
 cæ corrosiuæ (de ea enim statim supra locutus
 erat) sicuti lactucam & nenufrarē & semperui-
 uam & volubilē & portulacā vt videatur Aui.
 sibi ipsi manifeste repugnare, si enim vt ipse pau-
 lulum supradixerat ea quæ debetur herisipilæ
 humectatio fugienda est in curanda formica
 corrosiua, cur postmodum lactucam semperui-
 uam & portulacam, quas Gal. lib. xiiij. artis cu-
 ratiuæ ad herisipilæ quidam laudat curationem
 libro vero secundo ad Glauconem propter ea-
 rum humiditatē in herpete exedēte censet eui-
 tandas, statim Auic. in formicæ corrosiuæ prin-
 cipio cōmendat, vel iubet administrari. Non so-
 las inqt Gentilis, qui hanc in verbis Aui. repug-
 nantiam visus est animaduertere, sed cum alijs
 exiccantibus mixtas vtputa lenticulam quæ est
 frigida & humida cum semperuiua quæ est fri-
 gida & sicca, quanq̄ idem Gentilis non de for-
 mica corrosiua, sed ambulatiua, in qua sicuti in
 qualibet alia formicæ specie secundum ipsam
 aliqua est vlceratio atq; ideo humiditas quæ de-
 bet exiccari moueat dubitationem. Sed cur ob

DE MORBO GALLICO

secro ad formicam siue corrosiuam siue vlcera
 tam talis mixtio sit necessaria, quasi non inueni
 antur herbae simplices quae simul habeant tum
 exiccandi tum etiam refrigerandi potestatem, aut
 quasi ea sola quae humectant possint refrigerare.
 Ipse quoque Auic. postmodum sicuti etiam Gal.
 eas quae vtrumque praestant effectum quae. s. x. que
 exiccant atque refrigerant memorat sicuti arno
 glossam, rubum, & lentem quibus mille aliae pos
 sint similes reperiri. Quod si etiam eadem, for
 mica corrosiua siue vlceratae competunt medi
 cinae, quae etiam herisipile frigide. s. modo non
 possint humectare sicuti neque calefacere, cur
 Auic. volubilem herbam ad caliditatem, vt ipse
 scribit secundo sui operis libro, alijs refrigeran
 tibus adnumeravit? vt tamen haec competat, quoniam
 a quibusdam censetur frigida, non vdeo nisi (vt inquit
 Gentilis) haec quas scribit Auic. medicinae non
 per se solae sed mixtae cum alijs recipiantur, quo
 modo ex mixtura humectantium ac refrigeranti
 um, fiat medicina quae tantum frige faciat & exic
 cet, qualem exigit formica corrosiua vel vlcera
 ta quae vt morbus calidus frigida solum sine cali
 dis quaerit, vt vero vlceratus solum sicca sine hu
 midis, in quo quidem morbo Gal. etiam strychnum
 .i. solanum respuit quia non habeat sufficientem
 siccitatem, Auic. vero eandem herbam non pro
 bat nisi siccam quasi viridis possit humectare.

NICOL. LEONICENVS

Si ergo humida cauebat, cur laetucam & nenu-
 far & lenticulā aquā, simileſq; herbas humidās
 etiam alijs ſiccis admixtas approbauit? Neq;
 tamen puto, qđ Gentilis credit, eum fuiſſe Aut
 intellectum, vt ſemperuiuam pro herba ſicca, q̄
 alijs humectantibus debeat adiungi, hoc in lo-
 co nominauerit, quoniam eandem herbam Ga.
 libro. ij. artis curatiuæ ad Glauconem alijs ad-
 numerat quæ herpetem comedentem non ſolū
 poſſunt refrigerare, ſed etiam humectare, quō
 enim idē Gal. vj. de ſimplici medicina lib. ſem-
 peruiuam frigidam ac ſiccā ſtatuert, plurimū
 tñ illi tribuit frigiditatis, minimū vero ſiccitatis
 immo in ea vigere aquoſam ſubſtantiam plane
 aſſeuerat, cuius ratione vt arbitror in ſecūdo lib
 quem diximus artis curatiuę ad Glauconē, quā
 do herpes fuerit vlceratus, ſemperuiuam vnam
 cum alijs humectantibus improbat, ſicuti ipſam
 heriſipilatis conuenire fatetur: nā licet facta ad
 corpus temperatum (ſicuti fit in cæteris medici-
 nis collatione, libro quem diximus de ſimplici
 medicina ſexto, ſemperuiua frigida & ſicca her-
 ba dicatur, eadem tamen ad heriſipilas morbū
 calidum ac ſiccum comparata, ſecundo lib. ad
 Glauconem) frigida atq; humida reputatur, ſi-
 cuti oleum roſaceum & refrigeratos calefacere,
 & calefactos refrigerare ab eodē Gal. ſcribitur
 libro

DE MORBO GALLICO

libro. iij. de simplici medicina, quæ quidem effectuum diuersitas vt etiã ibi scribitur his præcipue datur medicinis quæ parum a temperamento recesserunt, qualem esse diximus sempuam herbam in siccitate, authore Galen. sexto libri de simplici medicina volumine. Hanc vero ad diuersa corpora comparisonem nõ animaduertens Rabi Moyses, ausus est notare Galenum quasi lib. ij. artis curatiuæ ad Glauconẽ contraria de semperuiua scribentem, quæ libro (quem diximus) sexto de simplici medicina super eadem herba asseuerat. Nos vero de hac repugnantia sententiarum falso obiecta Galeno plenius alibi diximus, vbi eundem Galenũ defendimus contra Rabi Moysen, principi medicorum etiam in plariscq; alijs infestum. Aliud vero Gentilis suffugium dicentis, quod in principio principiante formicæ frigida & humida competunt, quia licet ibi sit aliqua vlcera, nõ tamen corrosio adest, eisdem quas supra posuimus rationibus improbatur, atq; eo magis, quã a Galeno in. ij. artis curatiuæ libro ad Glauconem, quælibet vlcera etiam in summa cute existentia egere exiccantibus Hippocratis auctoritate monstratur. Sed vt etiam antea inuimus cū Auicenna his verbis vtatur, & administra in principijs eius, hoc verbum eius nihil aliud

S potest

NICOL. LEONICENVS

potest referre, nisi formicā corrosiuā de qua statim supra fit sermo. Neq; vero illa ratio conuincit, quā qdam adduxerūt pbare volentes Auicenna intelligere de principijs formicæ ambulatiuæ, nō autē corrosiuæ, qm̄ postea subiungit, & cū timetur sup eā corrosio, cū in formica corrosiua (vt inquit) nō timeatur corrosio, quæ iā adfuit: sed potius in ambulatiua, quasi non potuerit Auicenna prius scribere curationē formicæ corrosiuæ, deinde docere, anteq̄ formicæ corrosio supueniat, qbus remedijs sit occurrēdū. Mihi vero maiorē faciunt dubitationē remedia quædam, qbus utitur Auicenna ad prohibendā corrosionē sicuti aqua quæ currit ex ligno vitis humido cū aduritur, & stercus ouiu cum aceto, & stercus vaccinū cū aceto, quæ Dinus ipse extranea esse confitetur, neq; multū ad prohibendā corrosionē proficere. Ego vero multo magis extranea existimo, quæ statim post ab Auicenna, sup corrosionē iā apparentē imponuntur, sicuti succū cucumeris asinini, & sal, & fel hirci, & rutā cū nitro & pipere, & nitrū cū vrina pueri, quæ oīa tam priora, q̄ etiā sequentia, nō formicæ vel ambulatiuæ, vel iam corrosiuæ, sed tollendis potius verrucis conueniunt, vt patet ex Paulo eisdem utente ad tollenda quædam genera verrucarū, quæ Græci myrmecias acrochordonas appellant.

DE MORBO GALLICO

lant, vt etiam ex Auicenna constat qui de nonnullis corū in curatione verrucarū meminit, & varijs in locis vbi de earundem medicinarum proprietatibus agitur valere eas ad verrucas, non autē formicam ambulatiuā, vel corrosiuā insinuat. Sed hoc quidē capitulum de verrucis in capitulo de formica male fuisse ab Aui. positum, & causam etiā huius erroris in sequentibus plenius aperiemus. Illud nunc probasse sufficiat Aui. herisipilam pro formica, & formicā pro herisipila, nō sine magna confusione accepisse, quandoquidē quæ erant herisipilæ remedia refrigerantia. s. atq; humeētantia, eadē formicæ corrosiux accōmodauit, quæ vero formicæ competebant vel corrosiux, vel miliari, multum. s. exiccātia, hæc retulit ad herisipilam. Sed quoniam supra monstrauius medicamenta fortiter exiccantia scripta ab Auicenna ad herisipilam supra cutem existentem a Paulo fuisse transumpta, an etiam fideliter translata fuerint? videamus, sic enim non simplex, sed multiplex potius error indicabitur. Vnum ex his remedijs fortiter exiccantibus, de quibus supra facta est mentio, ita habetur apud Paulum. Lanæ antiquæ illotæ circa tædam combustæ drachmas duodecim, cere drach. viginti quinque scoriæ plumbi acetabulum medium sepi capri.

NICOL. LEONICENVS

ni purgati & loti in aqua. 3. xxv. olei myrtini. 3.
 v. Altera huic correspondens, apud Auic. scri-
 bitur in hunc modum: Lanæ veteris adustæ nõ
 lotæ pondus. 3. xij. 5. carbonis de cortice arbo-
 ris pini tantundẽ ceræ. 3. xx. scoriæ plumbi. 3. v.
 sepi caprini veteris abluti cum aqua. 3. xv. olei
 myrtini. 3. v. si pondera quidem medicinarum
 notata in Auic. compositionibus non omnino
 quadrant cū alteris quæ in similibus apud Pau-
 lum cõpositionibus inueniuntur non est, vt ar-
 bitror, magnipendendū. Illud multo magis est
 considerandum ab his præsertim, qui quandam
 veluti diuinitatẽ tribuunt Auic. in cuius libris
 de medicina præsertim nullum posse inueniri er-
 rorem arbitrantur, quo pacto Auic. in nup̄ di-
 cta compositione misceat carbonem de cortice
 pini, quem tamen Paulus in sua compari oĩno
 prætermisit. Est inquam, vt existimo, diligētius
 examinandum, an Auic. vel alius deliquerit no-
 ua atq; inaudita medicamenta veterum compo-
 sitionibus adiungendo? veluti carbonẽ de cor-
 tice pini, de quo quidem carbone nusquã scri-
 ptum inuenitur, quod vllam habeat in medici-
 nis ad herisipilam, vel formicam efficaciam.
 Hunc autẽ non esse nostræ translationis errorẽ
 testem facio miro ingenio, ac singulari doctri-
 na præditum iuuenem Paridem Cesareũ Man-
 tuanũ

DE MORBO GALLICO

tuanum, qui vt semper fuit omnium bonarum
 artium studiosissimus, ita nunc medicinae totus
 insistit, ad qua fideliter percipiendam non modo
 Latinos & Graecos, sed etiam Hebraeos, atque Ara-
 rabes adhibet praecipuos qui a me eodem Pa-
 ride praesente saepius requisiti in his locis praeser-
 tim in quibus Aui. a Gale. ac Pau. non parum dissen-
 tire videbatur: vt verba Aui. sicuti in eorum iacet
 lingua mihi interpretarentur eundem fere sensum
 retulerunt, quem etiam nos in nostro habemus Aui.
 Vnde in eam veni sententiam, vt multos qui non
 solum in nostris, sed etiam Hebraeorum atque Ara-
 bum libris, non inueniuntur errores Aui. ex pri-
 ma Graecorum authorum (quorum sententias idem
 Auic. vnde quaque collegit) facta in Arabicam lin-
 guam conuersione sumpsisse occasionem: nam &
 hunc ipsum de quo paulo ante loquebamur erro-
 rem non aliunde quam ex verbis Pauli male intel-
 lectis traxisse originem facile potest vnusquisque
 perpendere. Cum enim Paulus ita scribat: Lanae
 veteris circa tadam combustae .3. xij. credidit Aui.
 vel potius ille qui male Paulum in Arabicum
 sermonem transferendo dedit Auic. errandi oc-
 casionem, tadam quoque siue carbones ex tadam
 exusta derelictos in eandem venire compositi-
 onem, atque ideo ita notauit. Sumatur lanae ve-
 teris adustae non lotae pondus drachmarum. xij

NICOL. LEONICENVS

& semis, carbonis de cortice pini tantundē erā
 rore sane satis ridiculo atq; aliquando futuro pe
 riculoso, si medicinæ etiā quæ deorantur, vel
 bibuntur, postq̄ fuerint super ignē quandoq; pa
 rata, carbones qui ex eodem igne remanserint,
 in suam quoq; societatem receperint, tale enim
 quoddā fiet in compositione relata ab Auic. s̄
 vt ipse docet ad lanam exustā equa portio car
 bonū ex tēda circa quā fuerit exusta adijciatur.
 Nemo autē admiretur eā ipræcipue lanam quæ
 circa tādā fuerit exusta a Paulo in ea quā dixi
 mus cōpositione probari, fuit enim quoddam
 apud veteres in cōburenda lana, quæ nō nisi cō
 busta ad vsum medicinæ veniebat, artificium;
 cuius etiā Galenus, sed multo plenius Diosco
 rides meminit, q̄ inter cæteros lanam cōburēdi
 modos, hunc quoq; tradit. Alij disponētes obe
 stantes & superimponentes scandulas & lanas
 alternatim leuiter ex tēdis paruis succendunt,
 vbi vero lang fuerint cōbustę tollūt, et si qd pin
 gue vel pix ex tēdis paruis defluerit, simul tol
 lunt atq; reponūt, & hoc est q̄ Paulus vult, la
 nā. s̄. ita vt docet Dioscorides vstā, nō autē car
 bones de cortice pini in ea quā scribit ad herpe
 tē vesicosum cōpositione cōmisceri. Nūc ad re
 liqua explananda transeamus in qbus videtur
 Auic.

DE MORBO GALLICO

Auic. aliquanto maiorē vel etiam periculosiorē fecisse confusionē mox ad ignem persicum, de quo precipue disputabamus, in quo morbo plus q̄ in cæteris fuit Aui. pplexus, reuertemur. Scio tamen me non credēda scripturū his præsertim qui posthabitis rationibus sola nomina ac scribentium authoritatē sequuntur, qui se alicui ita addicunt auctori vt proprios sensus destruentes malint alteri q̄ suis oculis credere. Nos supra quū ex sensu ipso tum etiā Dioscoridis authoritate, cui etiam ex parte consentit Auic. probauimus eupatorium habere folia cannabis vel pentaphyllo similia, fructū parū, q̄ exiccatus vestibus adherescit, esse deniq̄ eupatorium herbam illam quam nos vulgo agrimoniā nominamus.

Auicenna vero idem eupatorium aliud quam agrimoniam esse significat, quum ait eupatoriū esse herbam aromaticam habentem folia cannabis & florem sicuti nenufar. Constat enim herbam vulgo agrimoniam nuncupatam neq̄ esse odoratam neq̄ habere florem sicuti nenufar, imo ita exiguum vt vel nenufari vel eius flori colatus nullam ipsius habeat similitudinem.

Cui igitur plus hac in parte credemus, Dioscoridi ne, An Auicennæ? inquires cui nostra gratas dedit medicinæ præcipatū. Atq̄ Gal. vnq̄ ipse

NICOL. LEONICENVS

Auicenna in hac parte medicinæ, quæ de medicamentis simplicibus agit, primum locum Dioscoridi tribuunt. Sed fac autoritatē esse partem. Vbi tu mihi Auicennæ patrone herbam inuenies, aromaticam folijs canabis flore nenufaris quæ sit verum eupatorium? sicuti ego tibi alterā assignaui, ita Dioscorides, Plinius, Serap. super herba eupatorio descriptionibus congruentem, vt nisi malis videri cecus, q̄ fateri Auic. in veris eupatorii notis designandis aberrasse, nullo modo negare possis herbā, quam nos vulgato nomine Agrimoniam vocamus, esse veteribus eupatorium. Quod si forte mihi concesseris, id quod multi etiam ex medicis iunioribus non diffitentur, Auic. non multam habuisse simplicium medicamentorum notitiam, non aduerter fortassis te eadem concessione, dimidiam scientiæ partē Auic. detrahere, quæ tota vt inquit Gal. libro. ij. de Crisi ex duabus constat noticijs altera subiecti circa quod medicus operatur, altera illorū quibus veluti instrumentis in suo opere vtitur. Cur vero si in his in quibus veritas ipsa seipsam contemplantibus offert, vbi vigēt sensuū iudicia, Auic. errasse concedis non eque in rebus magnis abstrusis atq; reconditis labi illum potuisse fatearis? Tu tamen crede quod lubet, nos paucis ista scribimus & solis amatoribus

DE MORBO GALLICO

bus veritatis. Si non apud malignos atq; im-
 ritos, saltem apud probos ac doctos gratiã vt
 speramus consecuturi, forte etiã apud ægrotos
 quos fortuitæ medicinæ periculo liberauimus,
 cū herba in fossatis nascentē, quæ quid sit a me-
 dicis ignoratur, hactenus tamen a pluribus cre-
 dita est esse eupatoriū, ne syrupo ex eupatorio
 atq; alijs cōpositionibus adiungatur, modo sint
 qui nobis fidem velint præstare, prohibemus.
 Sed & altero multo sane maiore periculo, vel
 etiã tormento miseros mortales liberemus, qđ
 audio malo suo fato sensisse nonnullos, qui hac
 tempestate morbo gallico laborarūt. Neq; enī
 defuere medici, qui pustulas quæ in eodē mor-
 bo totum aliquando occupant corpus quibus-
 dā ferreis instrumentis extirpare tentarint, nixi
 (vt arbitror) Auic. autoritate, formicæ ambu-
 lativæ & corrosivæ pustulas, embula & pennæ
 extremitate, vt supra quoq; notauimus, euellen-
 tis, quod etiã misteriū, si dijs placet, neq; Dinus
 in tali curatione improbavit, & Francisc. de Pe-
 demontium, pluresq; alij Auic. sequentes, suis
 scriptis inseruere, aiuntq; ipsi vna cum Auic. id
 esse conueniens. s. Gal. opinionē. Sed vbi obse-
 cro vnq; Gal. pustulas ex humore acuto choleri-
 co factas talib; instrumētis iussit extirpari? Gal-
 inq; qui vbiq; medicos crudeliter atq; imperite

NICOL. LEONICENVS

medicantes, vocat humanæ naturæ pñiciē. Qd
 vero ſcnius aut rudius medēdi genus poſſit ex
 cogitari, q̄ morbū non alio magis noīe q̄ qa ex
 ulcerat inſeſtantē, etiā vehemētius exulcerare.
 Falſo igitur inqt aliq̄s, Aui. Gal. allegauit, neq̄
 vere neq̄ falſo, ſi tamen locū conſiderem⁹ vbi
 allegauit, dicere auſim falſo allegaſſe, Gal. enim
 id artificiū ait eſſe conueniens, non ad tollendā
 formicā vel miliarē vel corroſiuā, ſed qd dā po
 tius genus verrucarū, quas græci myrmecias. i.
 formicas appellant. Natus eſt ergo error Aui.
 ex noīs ambiguitate, qa eīm græci puſtulas q̄ſo
 dā ex humore choleroico genitas, ſolā cutē occu
 pantes, atq̄ etiā ſerpētes ab hac ſerpēdi natura
 Erpeta vocant, Arabes quoq̄ a ſimili p̄prietate
 eaſdē puſtulas formicā noīarunt. Sunt vero etiā
 q̄dam genera verrucarū, quæ græci myrmecias
 noīe ſumpto a formicis appellant, quia ſenſum
 quaſi ſint morſus formicarū patiētibus inferūt
 has quoq̄ verrucas arabes ad græcorū imitatio
 nem formicas nuncuparūt, quo fit vt verbum
 formica apud Arabes duorum morborū gene
 rib⁹, q̄uis natura differētib⁹ accōmodetur, Aui.
 vtrāq̄ formicā tā p̄ puſtulis choleroicis q̄ etiā p̄
 verrucis acceptā, atq̄ vtriuſq̄ morbi curationē
 in vno capite copulauit, ſed alter ex humore ter
 nui ac choleroico fiat, alter ex craſſo ac melācho
 lico, atq̄ iō vt gñe diſtinguūtur, ita diuerſum ge

DE MORBO GALLICO

nus curationis exposcāt, pustulæ siquē cholericæ
 vel sola toti⁹ corporis purgatione vel etiam
 emplastris sup locū affectū impositis, nunq̄ aut
 manu curātur, verrucę vero vt docet Ga. li. xiiii
 artis cura. cū alijs instrumētis tū etiā penna, ita
 adaptata vt totā verrucā sua cavitare cōprehen
 dat atq; adeo firmiter hreat, q̄ ea desup acta
 verruca radicit⁹ euellatur, quē etiā modū docet
 Aui. li. iiii. ca. de verrucis, quē pariter modū ve
 re loco illo potuit ad Gal. autorē referre, sed vbi
 oportuit Ga. citare testē ibi eius testimoniū pre
 termisit, vbi vero reticere, qm̄ nō de verrucis s;
 formica poti⁹ corrosiua curāda agebatur pperā
 allegauit. Huc vero tā multa q̄ diximus de Au
 multos in vnū morbos confundente, oīa tende
 bant, vt ostēderemus ipsum simili atq; aliquāto
 maiore in pruna atq; igne plico vsum fuisse cō
 fusione ne quis forte suspicetur nos in tā longis
 digressionibus ea q̄ nihil ad propositum nostrū
 p̄tinent conq̄siuisse, quū em̄ probare intendere
 remus, morbū gallicū non esse ignē plicum oīs
 vero de quacuncq; re sumitur disputatio debeat
 a definitione vt ait Ci. p̄ficisci, necessariū habui
 m⁹ antea oñdere q̄ non cōstaret apud Aui. qd
 esset ignis plic⁹, aliqñ enim ipsum ex sanguine
 crasso et melācholico inq̄t gñari, vt ēt antea ad
 monuim⁹, aliqñ vero ex cholera pmixta melā
 choliz, & nūc ignē plicū idem genus facitcū

pruna, vt cum inquit: hæc duo nomina fortasse
 absoluta sunt super omnem pustulam corrosiuã
 vesicantem, adurentem, facientem accidere es-
 caram, qualem facit accidere combustio & cau-
 teriũ: nunc vero diuersificat, vt cum inquit: pru-
 nam esse magis melancholicã, ignem vero pero-
 sicum magis cholericũ, quandoq; trahit ipsum
 ad formicam comestiuam, vt cũ ista scribit, &
 quandoq; absoluitur nomen ignis persici de il-
 lis super quo est illic pustula de genere formice
 comestiue adurens, vesicans: quandoq; ad for-
 micam trãsfert miliarem, vt cum scribit in hũc
 modum: Et quandoq; sunt cum formicæ specio-
 ebus & miliaris malæ, febres vehementis callo-
 ditatis perniciosæ. Quasi apud ipsum Auic. ignis
 persicus & formica miliaris non differant,
 neq; multum referat, utrũ ignis persici vel for-
 micæ miliaris signa manifestet? & sane diligen-
 tius intuenti formica miliaris & ignis persicus
 nihil aut parũ admodum differunt apud Auic.
 sunt enim in vtroq; vesicæ milio similes veluti
 Rasis, Paulus atq; Gale. lib. xiiij. artis curatiue
 consentiunt. Quod si Auicennã sequimur, non
 modo forma, sed etiam materia eadẽ in ambo-
 bus morbis reperitur, quoniã tam ignis persicus
 q̃ etiam formica miliaris secundum Auic. fiunt
 ex cholera permixta melancholiæ nisi forte q̃
 dixit

DE MORBO GALLICO

dixerit ad faciendam formicam miliarem non
 solam sufficere melancholiã cholerae adiunctã:
 sed insuper etiam phlegma requiri: hoc enim ve
 ster innuere Auic. capite de formicis miliari ex
 verbis illis. Necessè est illic esse ex melancholia
 & phlegmate quã admiscetur cholerae. Sed cū
 idem Auic. sicuti Gale. ex solo phlegmate mi
 xto cū cholera eandem formicam miliarẽ gene
 rari aliquando fateatur, cur non itidem melan
 choliã absq; phlegmatis societate iunctam cū
 cholera posse eundem facere morbum concesserit?
 multi quoq; medici iuniores opinantur eque
 ex vna sicuti ex altera mixtione formicã milia
 rem procreari. Quare & ignis persicus & for
 mica miliaris, in eadẽ non modo forma, sed &
 materia, secundum Auic. sententiã conuenient,
 quanq; forte quispiam illam assignabit diuersi
 tatem, quod in igne persico materia cholericã
 sit magis adusta, q̃ in formica miliari. Cur vero
 hoc cum ipsa etiam sua caliditate vesicas exci
 tet, & vt inquit Auic. febres faciat vehemẽtis
 caliditatis, atq; ideo perniciosas. Febris autem,
 & alia accidentia, quã in formica miliari Auic.
 noiat, sunt ignis sacri seu persici propria, quem
 etiam prunam appellat Auic. ad imitationẽ Ga
 leni, qui eundem morbum & .xiiij. artis curati
 uã volumine, & multis alijs in locis anthracem
 vocat

NICOL. LEONICE NVS

vocat, quo in loco idē Gal. oīa hęc de anthrace
refert. Quæ etiā hic scribit Aui. de formica milia-
liari, q̄ vcz febres habet vehemētis caliditatis,
& q̄ fit aliquādo ex eisdē causis ex q̄bus fit pe-
stilentia, & q̄ assimilatur in colore phlegmoni,
magis tamē ad atrū declinante: quare nō temeo-
re hoc in loco Dinus dubitavit, cur cū Aui. in
hoc capite intenderet de pruna & igne persico
agere, signa tamē formicæ miliaris & non ignis
psici, vt cuiq̄ non absq̄ ratione videretur, ex-
presserit? Solut autē verba Auicennæ in hunc
modū exponendo. Et quādoq̄ sunt cū specie-
bus formicæ miliaris. i. cū pruna & igne psico,
quæ possunt absolui sup̄ species formicæ milia-
ris malæ. Hęc vero solutio mihi nō placet, neq̄
videtur ipsi Dīno esse consentiēs: nā cū quatuor
ponat Aui. modos, super quos absoluitur no-
mē prunę & ignis psici, ex q̄bus quart⁹ est ma-
gis ppitius secundū Dini expositionē, cur hūc
tacuit Aui. & aliū minus propriū memoravit,
volēs tñ ea q̄tā ignē psicū pprie sumptū q̄ etiā
prunā comitantur ostēdere? quare cū Aui. sub
noīe formicę miliaris, scribat propria accidētia
ignis persici & prunę, vel nō differre prunā &
ignē persicū a formica miliari existimavit, vel
magis cū hoc q̄ cū alio aliquo morbo cōuenire
Idē tamē Aui. superius cap. de apostematib⁹ et
pustu

DE MORBO GALLICO

pustulis, ignē persicū non formicæ miliari, sed
 potius herisipile, in nature vicinitate consociat,
 vbi ita scribit: At vero ex sanguine grosso ma-
 lo fiūt species exiturarū malarū: nā si eius mali-
 tia vehemēs fiat & ipsius adustio, proueniet he-
 risipila, & eueniet cōbustio, & crusta, & deteri-
 or ea est ignis psicus. Hic Aui. facit ignē psicū
 nō modo in materia, sed etiā in forma cū herisi-
 pila cōicere, licet ignē persicū dicat esse deteri-
 orē. Torquēt autē hęc verba Dinū atq; Gentilē
 expositores Auc. coguntq; ipsos multa imagi-
 nari, forte a veritate aliena. Dinus siq; dem tale
 apostema factū ex sanguine grosso, nō verā es-
 se herisipilā arbitratur, sed potius phlegmonem
 qui assimilatur herisipilę in accidētibus: q; etiā
 videtur sentire Gētilis, qui nomē herisipilę, hic
 sumi improprie fatetur. Sed cur tale apostema
 factū ex sanguine grosso malo adusto (vt inq; t
 Aui.) herisipilę q; fit ex cholera pura scđm eun-
 dē Aui. simile iudicatur, & non magis anthraci
 q; (vt inquit Gale. primo de differētis febriū, &
 pluribus alijs in locis) fit e sanguine melancho-
 lico superaffato? Idcirco neq; cum Dino neq;
 cum Gentile consentio, quorum alter vult heri-
 sipilam & ignē persicum esse apostemata chole-
 rica, alter sanguinea qdē, sed ad naturā cholerae
 declinātia: cur enī non magis ad melācholiā cū
 langu

NICOL. LEONICE NVS

sanguis ex quo generantur sit melancholicus, q̄
 tandem procedente adustione cōuertitur in me
 lancholiam. Mihi quidem herisipila atq; ignis
 persicus, hoc in loco ab Auicenna nominati, nō
 aliter differentes, nisi quia alter est altero deteri
 or, nihil aliud esse videntur, q̄ anthrax, de quo
 Gale. multis, vt dixi, in locis facit mentionem.
 Atq; ideo non herisipilæ vel igni persico simi
 les dispositiones, sed vera pruna vel ignis persi
 cus potius, quæ enim hic Auicenna in herisipila
 & igne persico scribit, combustionē. s. & cru
 stam, eadem tribuit Galenus anthraci, vultque
 ipsum e sanguine grosso adusto, sicut etiā Aui.
 hoc in loco herisipilam, & ignem persicum pro
 creari, sed & herisipilam eundē esse morbū ali
 quando apud Arabes, qui sit apud Galenū an
 thrax, euidētius ostendamus. Libro. xiiij. con
 tinentis apud Rasim ista verba leguntur. Dix
 it. s. Galenus secūdo li. artis curatiuæ ad Glau
 conem, quem etiā Rasis paulo ante citauerat.
 Quotiens sanguis superueniens ad membrum,
 fuerit superabundans, grossus & calidus, gene
 rabit cicatricem ad modum cocturæ ignis, etiā
 fecus vlcus erit apostema calidū buliens & ve
 hementis doloris, & morbus ille appellatur he
 risipila. Quod si ipse sanguis fuerit in disposi
 tione sui in superabundantia grossi, buliente, &
 calido

DE MORBO GALLICO

caliditate, & tamen in se habuerit eruginē subtile, infert ampullas ad modū illarū quæ accidūt ad cōbustionē ignis & emanantibus ipsis ampullis sub eis apparebit illud vlcus habens cicatricem, & appellatur herisipila similiter. Hæc quidem omnia de herisipila verba sumpta sunt e secundo lib. artis curatiuæ ad Glauconē, vbi Gal. duplicem modum quo anthrax generatur exponit. Sed & idem Rasis libro diuisionum herisipilam & ignem persicum quasi pro eodē morbo videtur accipere, ita inquit. Quādoq; in corpore egrediuntur bothor, & incipiunt velociter peruenire ad hoc vt fiāt crusta nigræ aut virides, & fiat illud qđ est in circuitu earū rubrum & coloris pauonis, tūc illud nominatur herisipila & ignis persicus. Pluribus tamen in locis Rasis libro. xiiij. continentis, facit ignem sacrum vel persicū non solum essentia, sed etiā ab accidentibus ab herisipila differre, nam lib. xiiij. continentis scribit in hunc modum de igne sacro. Hic morbus accidit e sanguine grosso ebuliēte, sed in maiore parte incipit cū pustulis præcedentib; eū & qñq; accidit sine pustulis, verūtñ oīno erit cū eo aliq; exiccatio in loco in quo fieri incipit, & ex pruritu egrediētur pustula, & post emanationē ipsarū efficiūt vlcus cū cicatrice imminente ad similitudinem cōbustio

T nis ig

nis ignis, et quāq; accidit vna pustula, quāq; plu-
 res paruulę admodū pānici, & cū eis accidit fe-
 bris vehemētior febre phlegmōis & herisipilę
 Alio autē eiusdē libri loco scribit ignē sacrum
 nō solū febre acutiore, sed etiā colore ab herisip-
 pila differre. Hęc oīa fere etiā scribūtur a Gal.
 & li. xiiij, artis cura. & pluribus alijs in locis de
 anthrace, sepissime enī vbi Gal. scribit anthracē
 Rasis ignē sacrum vel persicū interpretatur, quāq; v-
 etiā antea admonuimus Arabes & passim me-
 dici iuniores q; Arabū doctrinā sequūtur, aliud
 p anthracē, aliud p ignē sacrum vel persicū intel-
 ligāt, atq; ideo etiam prunā ab anthrace distin-
 guāt, cū tñ anthrax verbū gręcū, significet lati-
 ne carbonē vel prunā, vt Auic. interpret dicere
 maluit. Cur vero Auic. atq; Rasis anthracē, de
 quo Gal. loquitur, nō modo prunā vel ignē persi-
 cū, sed etiā herisipilā aliquā noīarint: nescirē aliā
 reddere ratiōnē, nisi quā etiā superius multorū,
 q; in Aui. libris inueniūtur errorū assignauit, ma-
 las. s. gręcōrū authorū in linguā arabicā transla-
 tiones, in quibus nō modo herbarū, sed etiā mor-
 borū noīa plerunq; diuersa notātur, vnde sicuti
 eadē herba sapius apud Aui. sub varijs noībus
 scripta, ita idē morbus diuersimode nūcupatus
 reperitur. Possem multarū herbarū in quibus hic
 error accidit apud Aui. exēpla pferre, sed vnū
 tantum

DE MORBO GALLICO

tantū vitandæ plixitatis gratia, hoc in loco cō-
 memorasse sufficiet. In volubili herba, de qua
 etiā est facta mētio superi⁹, inter medicamēta q̄
 in curatiōe formicæ scribit Aui. Hæc siquē ver-
 ba aliqñ in litera, C, cussos p̄ cissos. i. hederā no-
 minatur, aliqñ in litera, u, volubilis maior et tūc
 quoq; pro hederā sumitur, oēs enim q̄ volubili
 magnæ ab Aui. tribuūtur pprietates, vt qđ lac
 eius abradit pilos, & interficit pediculos, & qđ
 folia eius recētia conueniētia sunt vlceribus ma-
 gnis, & qđ consolidāt decocta in vino, & ex eis
 emplastrū factū superpositū adustioni ignis &
 pprie cū ceroto, & qđ distillatur succus eius in
 aurē dolorosā, & confert vlceribus antiqs in
 ea, & qđ iuuet spleneticos cū aceto, hæc inquam
 oīa hederæ a Gal. assignātur: Quod si qs mihi
 hoc in loco obijciat nullo modo posse volubilē
 p̄ hederā apud Aui. intelligi, qm̄ idē Aui. inqt,
 volubilem magnam suo lacte abradere pilos
 & pediculos interficere, & aquam eius soluti-
 uam, cum tamen hederā non habeat lac, neque
 soluendi, sed astringendī potius, vt de ea scribit
 Gale. potestatem. Facilis est ad ista responsio:
 Nam sicut Auicenna in capite de cussos hede-
 ræ vires cum alterius herbæ quæ ladanum
 fert viribus miscuit : vt alibi ostendimus, ita
 etiam hic hederæ proprietates cū alterius herbæ

NICOL. LEONICENVS

proprietatibus quæ volubilis maior a Mesue et
 pluribus alijs nominatur, manifestæ confundit
 q̄ quidē volubilis maior a græcis cissampelos. i.
 hedera vitealis a Plinio conuoluolū, vulgo cāpa
 nella, qđ etiā alias manifestauimus, nuncupatur
 Hæc autē hedera vitealis, siue volubilis maior,
 siue conuoluolū, vel quocunq; alio noīe libeat
 appellare, lacte plurimo manat & aluū ciet. Idē
 circo Aui. q̄ visus est nescire verā hederā ab he
 dera viteali distinguere, sicuti p̄ hedera volubi
 lē, ita lac pro lachryma posuit, est enim vere he
 dere lachryma, non autē hederæ vitealis lac, cui
 tam a Galeno q̄ etiam a Dioscoride is datur ef
 fectus, qđ pilos abradat, & pediculos interfici
 at. Quare Auic. mixtis ambarū herbarū etiam
 natura distantiū potestatib⁹, magnā peperit cō
 fusionē & sicuti in morborū ita etiā in herbarū
 tractatione capitulū in capitulo posuit. Quos
 maxime errores inde arbitror habuisse occasio
 nē, quia varijs interpretæ arabes easdē non mo
 do herbas sed etiā morbos varijs noībus nuncu
 parunt, Quia enim Dioscoridē e græca lingua
 in arabicā transtulit, hederam græco vocabulo,
 corrupto tamen, cusfos noīauit, q̄ autē Gal. cō
 uertit, p̄ hedera, leleb. i. volubilē posuit, qm̄ he
 dera vitealis eodē noīe apud arabes appellatur.
 Idē arbitror in verbo anthrax cōtigisse qđ in q
 busdam

DE MORBO GALLICO

busdam Galeni libris, sicuti. xiiij. artis curatiuæ
 ignis sacer seu persicus apud arabes interpreta-
 tur, in quibusdā vero, sicuti forte in secundo ar-
 tis curatiuæ ad Glauconē, herisipila, vnde est vt
 tam Auic. q̄ etiā Rasis eundē morbū aliquādo
 ignē sacrum seu persicū aliqñ herisipilā noīa-
 rint, atq; ita sibiipsis quandoq; contradixerint,
 sicuti Rasis qui modo inter ignem sacrum atq;
 herisipilam statuit differentiā, modo quæ sunt
 ignis persici proprietates easdē tribuit herisipi-
 læ scribit e sanguine grosso generari nonnunq̄,
 herisipilam quidē ex cholera pura, ignē autē sa-
 crū ex cholera permixta melancholiæ, maiore
 tamen cholere portione. Quæ quidem contra-
 dictiones, expositores latinos coegerunt, noua
 morborum genera, præter illa quæ nimis multa
 natura mortalis hominibus dedit, falsa ibi ima-
 ginatione confingere phlegmonem sc; herisipi-
 læ similem, quasi non sufficeret phlegmon heri-
 sipelatodes, hic enī alius est ab eo quē Gentilis
 imaginatur, & phlegmonē igni persico simile
 quasi ignis persicus non multas habeat apud
 Auic. aliorum morborum (de quibus artea di-
 ximus) similitudines. Huic tamen morbo adeo
 multiplici, Aui. pene simplicē adhibet curatio-
 nē, illā sc; quā Gal. ac Paulus scribunt ad An-
 thracem, vt mihi non paruam faciat admiratio-
T 3 nem

NICOL. LEONICENVS

nem Auic. non modo a græcis, sed etiã a seipso
 in hoc morbo discordẽ, in vno tamen curandi
 genere esse concordẽ. Sed neq; Romani autho-
 res inter se de eodem morbo consentiunt. Plin.
 enim (quemadmodũ & Seruius in expositione
 carminis Vergiliani, Tempore contractos artus
 sacer ignis edebat) per ignẽ, sacrum morbũ in-
 telligit, quẽ græci vocant erisipelata. Celsus di-
 uerlum putauit, & quũ ignem sacrum describit
 per minimas pustulas aliquando serpentẽ, aliquũ
 summam cutem exulcerantẽ, videtur herpetem
 tam comedentẽ q̃ etiã miliarẽ (de quibus antea
 diximus) significare, licet idẽ Celsus, capite an-
 tecedente, vlcus quod serpendo penetrandoq;
 vsq; ad ossa corpus vorat, erpeta hestiomeno-
 a græcis nominari asseruerit. Sed hoc genus vl-
 ceris græci medici pitiores, Hip. s. Gal. ac Pau-
 ab eodẽ vorandi corpus effectu phagedena no-
 minant, sicuti alterum quod tamen non tangit
 sed cutim tantum exulcerat, erpeta hestiomeno-
 siue comedentẽ appellant. Viderint ergo qui so-
 lum cultũ atq; nitorẽ sermonis attẽdẽtes, Cel. fa-
 ciunt medicinẽ deũ, malint ne Cel. hoĩ romano
 an Hipp. et reliqs celebris noĩs græcis authori-
 bus in græca morborũ credere appellatione?
 Tantã vero de prũa, igne sacro, vel persico opi-
 nionũ diuersitatẽ, non mō longũ opus foret im-
 probare

DE MORBO GALLICO

probare, sed etiā superuacuū, qñ & sine alia cō-
 futatione ipse sua se contrarietate sternunt. Qd
 si ex omnibus illam, q̄ verior esse videtur, veli-
 mus capere, tū a Gal. ac Pau. tū etiā a Rasi. xiiij
 continentis approbatā, quæ ignē sacrum aut p̄-
 sicū, siue carbonē, vel prunā, ita describit, vna
 etiā ipsius causam explicando. Quoniam sanguis
 melancholicus feruens in aliquod mēbrum in-
 cubuerit contingit fieri eos quos carbones no-
 minamus, q̄ sunt vlcera crustosa, magna q̄dem
 ex parte a pustula incipientia, qualis in igne ad-
 ustis apparet, quandoq; vero sine ea, sed scalpi-
 tur quidē membrum omnino ab initio, deinde
 nonnunq̄ vna pustula aliquādo plures excitantur
 tenues, veluti milium, quibus descriptis simi-
 liter vlcus crustosum fit, simile his quæ a cau-
 terijs fiunt crusta, nōnunq̄ colorem cinericium
 præ se ferente, aliquando nigrum, cum eo quod
 basi sua firmiter adhæret, ac veluti clauo. fixa vi-
 detur, alia carne circumstante veluti inflāmata
 & nigricante, vel etiā splendēte, sicuti asphaltū
 & pix. Talis enī est quæ vere atra bilis noiatur
 Si inquā ita ignē sacrum aut p̄sicū siue carbonem
 vel prunam (hæc enim omnia eundem mor-
 bum apud diuersos authores significant) desig-
 nemus, veluti etiam videtur voluisse Auicenna
 prunā & ignē persicū lib. iij. designare licet vt

NICOL. LEONICENVS

multis alijs in locis, ita & hic barbare & obscure loquatur. Talem morbum differre ab eo quē gallicum noīamus, tum ex multis alijs notis, quā alteri insunt, alteri desunt, demonstratur. Tum etiam ex pustulis, quæ sunt in morbo gallico longe milio grandiores: Ac præterea ex febre acutissima atq; aliquando mortifera, quæ (vt scribit Gale. xiiij. artis curatiuæ libro, & lib. etiam de tumoribus contra naturam, & Rasis pariter xiiij. Continētis) Carbonem siue ignē sacrū necessario comitatur, quod etiam ex parte sentit Auic. qui sub noīe formicæ miliaris ignē persicum afferre aliquando febres perniciosas innuat. Altero autem libri quarti capite, vbi agit de vlceribus corrosiuis & putrefactiuis, qualia innuit esse secundum Gale. sententiam, ignem persicum & formicam ambulatiuam, in huiusmodi vlceribus, febrem multiplicari, aut inseparabiliter adherere asseuerat, licet Dinus in eius loci expositionem nolit secundum Galeni opinionem, ignem persicum esse vlcus putrefactiuum, sed tantum corrosiuum, atq; ideo plurimū febre vacare, nesciens forte Galen. nunq̄ in sua lingua de igne persico, nisi sub hoc noīe anthrax, fuisse locutum. In cuius vlceris curatione idem Gale. lib. xiiij. artis curatiuæ damnat cataplasmata, quæ vim habent concoquendi & pus mouendi

DE MORBO GALLICO

uendi, ne maior putredo superueniat. Vlceri
 quoq; ignis sacri seu persici adiunctam esse fe-
 brem atq; putredinem, testatur Rasis lib. xiiij.
 Continentis ita scribens: Ignis sacer est vlceris
 in cuius loco accidit ampulla, similis ampullæ
 factæ ex igne, cum cicatrice maligna: sed in lo-
 co attinente ei, erit apostema inflammatū, pro-
 uocans febrem violentam valde. Item Rasis in
 alio eiusdem libri loco ita scribit: Apostema ca-
 lidum accidens e sanguine calido & grosso, quod
 appellatur ignis sacer, cum vlcere eius erit pu-
 trefactio. Dinus ergo vel ista non vidit, aut dif-
 ferre ignem sacrum a persico apud Rasim, seu
 ignem persicum ab anthrace apud Gale. existi-
 mauit. Quare vt diximus morbus gallicus, vel
 hac potissimum nota ab igne persico separatur,
 quoniam qui gallico morbo temptantur, febrem
 magnam ex parte non habent, vel ita exiguam
 vt vix sentiāt. Si quæ vero pustulæ in hoc mor-
 bo apparere subnigræ & crustis similes, qua-
 les in igne adustis visuntur, eas puto potius ex
 eo fuisse genere pustularum, quas scribit Gale.
 libro qui de cholera nigra inscribitur, ex atra bi-
 le citra febrem oriri, quæ hoc ipso ab anthrace
 siue a carbone distinguuntur, quoniã hic cū fe-
 bre, illa sine febre fiunt. Non tamen morbū gal-
 licum simplicem morbum, qui cum eiusdem na-
 turæ

NICOL. LEONICE NVS

turæ pustulis omnibus eo laborantibus morbo
 accidat, atq; ideo vel pustulæ melancholiæ, vel
 herisipelas, vel herpes, siue formica, vel aliquo
 vno, nomine speciali in cunctis possit appellari
 iudicamus. Cum pro varijs hominū quos mor-
 bus iste male habet composituris, aliæ alijs pu-
 stulæ eueniant, in quibusdam atram bilē, in quib-
 usdam flauam, in nōnullis pituitam, salsam præ-
 fertim, et varias præterea superfuitatū mixturas
 suo colore representātes. quæ vt tota huius mor-
 bi natura, nō autē vna sola particula, facilius ve-
 niat in noticiā, causas a quibus habuit originem
 paulo altius repetemus. Sic itaq; dicimus, malū
 hoc quod morbum gallicum vulgo vocant, in-
 ter epidemias hoc est morbos populatim vagā-
 tes deberi cōnumerari. Hæc vero aut diuina ira
 vt Theologi sentiunt, aut vi astrorum vt Astro-
 logi opinantur, vel ex certa aeris intēperie quæ
 admodum Medici arbitrantur eueniunt. Nos
 medicos hac in parte sequentes causas naturæ
 proximiores assignabis illud satis constat eo an-
 no quo morbus gallicus cepit pullulare magnā
 aquarum per vniuersam Italiam fuisse exuberā-
 tiam. Testis est Roma, quæ prima id malum sen-
 tit, in qua tybris ita intumuit, vt tota sit facta na-
 uigabilis, quam rem Pomponius nostri tempo-
 ris Poeta celeberrimus eleganti tetraſticho pu-
 blica

DE M^ORBO GALLICO

blica columna impresso designauit.
Tempore Alexandri sexti nonisq; decēbris
Intumuit Tybris bis senas circiter vlnas,
Insula quæq; domus facta est, medijsq; repēte
Circunducta vijs æquabat cymba fenestras,
Deucalionæo viæ tantum tempore tellus
Diluuiū passa est, latuit cum tota sub vndis.
Nos vero duobus postremis versibus additis
hexastichon ex tetrasticho fecimus, sed vt non
modo eam q̄ Romanā urbē, sed q̄ præterea ma
gnā Europæ partē circa eadē tēpora oppressit
aquarū multitudinē cōprehēderemus: nō aliter
enī q̄ in Romano Tybris, in agro etiā Bononi
ensi Rhenus, in Ferrariēsi & Mātuanō Pad⁹, in
Venetia Athesis extra solitos limites exūdant
Tantis deniq; imbribus annus ille vbiq; madu
it, vt terris exinde humētibus atq; stagnantibus
minus mirandū sit, æstiuū aerē ad illā venisse in
tēperiē, calidā. s. & humidā, quā medici atq; phi
losophi oīm putredinum matrē esse confitētur.
Similē ve etiā peiorē aliqñ fuisse ea. s. tēpestare
qua Gothi Italiam bellis infestabāt, ex qua in
gens orta est pestilentia Blundus Forliuensis
historiarum scriptor diligentissimus primæ de
cadis volumine octauo memoriæ prodit his
verbis: Imbribus namque multos dies conti
nuantibus diluuium fore apparuit +

Tybris

NICOL. LEONICENVS

Tybris tūc mense Octobri prope exacto adeo
 aquis intumuit, vt Romæ mœnia alicubi supe
 rauerit, vnde regiões vrbis fluuio proximæ ma
 xima acceperunt incommoda. Per Italiam ve
 ro vbiq; latuerunt campi, & ex montibus colli
 busve omnis mota aratro glæba in cœnum li
 quefacta simul cū aquis in ima est delapsa, vt
 fluminibus postmodum intra ripas coactis, cœ
 pia aqua destituti limo nihilominus mālerint ob
 tecti, & sata quæ tunc primas iecerant radices,
 putrefacta sint, nec eo autumno, obtinente oīa
 luto, aliud semen terræ potuerit mandari, vnde
 fames maxima breui est secuta. Sed non solum
 famē ea attulit aquarum inundatio, verum etiā
 aera sicuti & terram corrumpens, pestilentia ori
 ri fecit, adeo ingentem vt maximam populorū
 partem vbiq; per Italiam absumpserit. Quarta
 tūc labe Pelagius pontifex Romæ obiit. Hęc
 Blundus. Sed non longo post temporum intero
 uallo, Bonifacio. iiii. Romæ pontificatū gerēte
 (vt scri. Platina) in lib. de vitis pontificum, fa
 me, peste, & inundatione quoq; est laboratum.
 Adeo fere semper inundationis comes est fa
 mes ac pestilentia, vt non temere prisca credide
 rint, immodicas fluuiorum excrescentias, nō so
 lum ad præsens inferre damna, sed alia insuper
 mala futura portendere: Nam & his adhuc vi
 gen

DE MORBO GALLICO

gentibus malis, Bonifacius est sublatus e vita,
 & quædam eorū reliquæ vsq; ad deus dedit q
 successit in pontificatu tempora, pertigerūt ter-
 ramotus. s. quos (vt Arist. docet in lib. qui Me-
 theora inscribitur) multitudines imbriū non mi-
 nus q̄ siccitates solent generare. Quædam præ-
 terea scabies, quæ (vt scribit idem Platina) ita tē-
 debat ad elephantiam, vt deformitate cognosci
 homines non possent. Nonne magnā horū ma-
 lorum partem, immo vero omnia in varijs Ita-
 lia locis nostra hac tempestate persensimus? a-
 quarum diluuiā (vt diximus) annonæ vbiq; ca-
 ritatem, in quibusdam ciuitatibus pestilentia, ac
 præterea terræmotus? Quorū nullam aliā cau-
 sam nisi nimiam aquarum exuberantiam possu-
 mus assignare, cum hi maxime illis contigerint
 ciuitatibus quæ sub cœlo sunt humidiores, velu-
 ti Ferrariæ & quibusdā oppidis circūstantibus
 quæ nunq̄ adeo tremuerunt, sicuti eo anno quo
 aquarum inundationes inceperunt. Scabies ve-
 ro, si scabies est appellanda, per vniuersam ap-
 paruit Italiam, & adhuc perstat adeo fœda, vt
 pleriq; medici quadā decepti similitudine ele-
 phantiasin esse putauerint: Sunt enim pustulæ,
 partes primum obscenas, deinde reliquum cor-
 pus, atq; ipsam præcipue faciē (vt ab initio ope-
 ris diximus) occupantes, quarū primi ortus cau-
 sam

sam si sufficiēter exposuerimus, magnā morbī
 gallici naturæ partē explanasse videbimur. Sed
 vt hoc cōmodius & maiore etiā cum fide facia
 mus, duos medicoꝝ principes Hipp. atq; Gal.
 in mediū adducamus. Hippoc. tertia particula
 Aphorif. illo apho. quo morbos æstiuos cōnu
 merat ita pronunciauit: Æstate vero quædā ho
 rum & febres cōtinuæ & ardentes, & tertianæ
 plurimæ, & vomitus, & alui profluvia, & ocul
 loræ atq; auriū dolores, & oris exulcerationes,
 & pudendorum putredines, atq; sudamina. Gal.
 vero partē illā aphorismi quæ ad nostrum ppo
 situm attinet in hūc modū exponit. Liquet autē
 q; oris vlcera fiunt ex humore bilioso. Pudend
 dorū vero putredines nō simpliciter accidunt,
 sed qñ magis humida æstas, vel sine flatib⁹, vel
 austro flante cōtigerit. Vbi enī plurimum a na
 turæ modo ad humiditatē & flatuū carentiā re
 cesserit, nō modo pudendorū, sed cuiuslibet par
 tis alterius putredines facit, qualis fuit ille tēpo
 ris status, q; & in. iij. epide. lib. & in. ij. circa ini
 tia describitur. Exigua vero aeris euerfioēs iō
 attingūt pudenda, qm̄ hæc ppter caliditatē atq;
 humiditatē, suapte natura ex qualibet occasioē
 sunt apta putrescere, adeo vt qñ etiam suā æstas
 seruauerit tēperaturā, quæ multis infestatur su
 pfluuitatibus, cū hæc aliquā ob causam ad puden
 da de

DE MORBO GALLICO

da defluxerint, ipsorū putredinē patiantur. Sudamina vero sunt ex gñe pustularū q̄ veniunt in superficie, & cutē vlcerum instar exasperant. Fiunt autē (vt etiā ipsum indicat nomē) ex multis sudorib⁹, qñ hi vel biliosiores, vel oīno mordaciores extiterint: mordēt enī cutim, & pruriginosam reddūt, atq; in modū vlcerū asperant. Iā ex istis Galeni verbis, Hippocratis sensum interpretātis, vnicuiq; patere arbitror, causam eius effectus, de quo hoīes plurimū sunt admirati. Si enī pustulæ, quas morbū gallicū noīamus nihil aliud sunt, nisi quædā supfluitatū sua multitudine corpora humana infestantiū, germina. Eas partes quæ sunt magis putredini obnoxia (sūt autē he præcipue obscœnæ ppter earū vt inquit Gal. caliditatē atq; hūiditatē) priores sentire putredinē, deinde illas q̄ nō exque sunt suapte natura ad patiēdū aptæ, nō modo fit verisimile, sed pmodū necessariū. Causa etiā in prōptu est, cur ecdē pustulæ nō pudēda tm̄, sed etiā reliquū corp⁹ infecerūt, nimia. s. c̄stiuī aeris ī hūiditate intēpies, q̄ (vt inqt Ga. in expositiōe aphorū allegati) nō mō ī pudēdis, sed in q̄libet alia corporis parte putredies facit: q̄lē etiā aeris ad nimia caliditatē atq; hūiditatē cuersionē &.ij. &.iij. pariter lib. epidemiarū fuisse ab Hippo. tactā, Gal. etiā in nup dicta expositiōe testatur

Cum

Cum vero hanc, quæ nostro tempore cōtingit,
 intemperiem, illi de qua scripsit Hippocrates,
 fere similem fuisse arbitremur, an etiam mala si-
 milia genuerit videamus? Hoc autem liquido
 videri non potest, nisi quæ de suæ ætatis intēpe-
 rie græce scripsit Hippo. latine proferantur, cū
 vt multis alijs Hippocratis libris, ita præcipue
 eiusdem authoris epidemijs fideliter translatis
 careamus. Hæc sunt secundo lib. Epidemiarū
 Hippocratis verba: Carbones in cranone æstie
 ui, pluebat in æstibus aqua exuberante cōtinue
 fiebant autem magis austro flante, & suberant
 quidem in cute humores quidam liquidiores, q̄
 intercepti incalescebant, & prurimum faciebant
 deinde vesicæ veluti in igne adustis excitabantur,
 ac sub cuti exuri videbantur. Sed hæc quæ
 æris intemperies, vno tantum tempore, æstate
 s. contingit, quæ vero in. iij. lib. epidemiarū ab
 eodem Hippocrate scribitur totum annū sicuti
 hæc nostra fere superflua humiditate maculauit
 Audiamus igitur Hippocratē ita de hac anni
 totius infectione loquentem. Annus, inq̄t, erat
 australis abundans pluuijs. Deinde non multo
 post: Cum autē totus annus australis & humidus
 & mollis factus esset, mox quæ ex eadem toti⁹
 anni intemperatura, ob superfluitatum putredini-
 nem hominibus mala cuenire connumerat, atq̄
 inter

DE MORBO GALLICO

iter cætera, herisipelata, oris vlcera, gutturis passiones, pudendorum pustulas, carbunculos, oculorum inflammationes, ventris perturbationes. Deinde quales essent fluxiones enerrans ita scribit. Erat autem fluxio consistens, non puri similis, sed quidam alius putredinis modus, postremo inferius volens ostendere omnimode putredinis mala, ita inquit. Pluribus erant orae affecta vlceribus, quæ aphthæ vocantur. Fluxiones exulcerantes. Plurimæ exulcerationes circa pudenda tubercula intrinsecus & extrinsecus quæ multorum intuitus corrumpebant, quales sunt quæ flicus appellantur. Oriebantur & in alijs vlceribus plurima, & in pudendis carbunculi multi æstiuo tempore, & alia quæ putredo vocatur, magna entymata herpes plurimis magni. Quis non similem nostri temporis epidemiam ex verbis Hip. recognoscat, quot enim fuerint qui & oris vlcera, & herpes labra aliquando exedentes, & nigras pustulas carbunculis similes, prurimum nonnunquam intolerabilem ingerentes, & multa alia tubercula, quandoque etiam oculos infestantia pertulere, non expedit commemorare, quando hæc insigniora fuerunt quam vt egeant enarratione. Vt igitur tandem morbi gallici naturam summatim comprehendamus. Hic non vnus specie sed tantum genere existit, possumus

V que

NICOL. LEONICE NVS

que ipsum hoc pacto describere. Morbus galli-
 cus est pustula, ex varia humorum corruptione
 generata, propter nimiam aeris in calore atque hu-
 miditate presertim intemperiem, pudenda pri-
 mum, deinde reliquum corpus, magno plerumque do-
 lore occupantes. Cur pudenda primum, deinde
 reliquum corpus obsederint? causa; antea ex Gal.
 expositione assignauimus. Sed neque difficile est
 cur idem morbus seuum quibusdam dolore in-
 tulerit? reddere rationem, quam presertim id prius
 fuerit obseruatum illos maiorem sensisse crucia-
 tum, quibus vel nulla, vel pauca admodum pu-
 stula in cute exteriori apparuerunt. Humor enim
 noxius quem natura imbecillior tentauit quidem
 non tamen potuit ad exteriora propellere, tan-
 dem in articularum nervos incubuit, ibique ingere
 dolorem excitauit, duobus etiam inter ceteros
 modis, ut inquit Gal. in expositione aphorismi
 tertiae particulae qui ita incipit. Vere enim, atrae
 bilis acritudines, atque furores, & morbi comi-
 tiales, solet se natura oppressa releuare, vel. s. ma-
 teriam inutilem a membris intimis ac principa-
 libus ad extimam cutim emittendo, vel ad par-
 tes ignobiliiores, quales sunt glandulosa, & arti-
 culorum copagines detrudendo, sunt enim haec praeter
 ceteris ad suscipiendas aperte superfluitates, ut
 constat ex Gal. expositione in aphorismorum
 quartae

DE MORBO GALLICO

quarta particule ita dicentem. Quicumq; in fe-
 bribus lassitudinem habent, ijs ad articulos atq;
 maxillas abscessus fiunt. Primū innuit Hip. mo-
 dum, quū in altero aphorismo lichenas lepras et
 pustulas vlcerosas inter morbos vernaes, quo-
 rum nōnulli iuxta eundē Hip. estati communi-
 cantur, enumerat. Secundū vero cum phymata
 quæ sunt tubercula proprie in partibus glandu-
 losis (vt Pau. atq; Gal. sentiunt) orientia, ac præ-
 terea articularū dolores adiūgit. Quare in mor-
 bo gallico, vnaq; eadē materia & pustulas face-
 re, & dolorem in articulis creditur excitare, ac
 quantū ad hoc attinet non duo morbi, sed vnus
 tantum, cuius dolor est symptoma, reputatur.

Illi enim ipsi, qui nullas habent pustulas in sup-
 ficie exteriori, similes tamen abscessus habere
 intrinsecus possunt, cum maiore aliquando (vt
 diximus) cruciatu. Immo nōnulli medici in qui-
 busdam mortuis, quos morbus gallicus viuen-
 tes infestarat, eius morbi explorandi gratia disse-
 ctis, ita esse depræhenderunt, cui quidem rei præ-
 ter sensum etiam ratio adstipulatur, quoniā (vt
 inquit Galenus) in libro qui de cholera nigra
 inscribitur, haud quaquam credendum est par-
 tes interiores esse adamantinas, vt non eisdem,
 qb? videm? exteriores affici, noxis subiiciantur.

NICOL. LEONICENVS

Hæc habui quæ de morbi gallici natura, cauffis
 ue, quū morbi ipsius tum casuū eidem morbo
 affidentium scriberē. Quod si forte a me expe
 ctabat, vt morbum gallicum vno aliquo nomi
 ne apud antiquos vsitato, tanq̄ simplicem speci
 em designarem, non potuisse me aliter q̄ ipsius
 morbi natura multiplex exigebat explanare tā
 dem intelliget, si animaduernerit Hip. tantum in
 doctrina virum similē epidemiā ex simili causā
 sa suo tempore factam per varia vlcera atq̄
 tumorū genera descripsisse. Quod si quis plus
 se Hip. sapere arbitratur, is morbum gallicum
 tentet melius definire. Nos quæ de eodem mor
 bo sentiebamus pro nostri ingenij imbecillitate
 presenti opere in medium contulimus. Si quis
 vero illud a me postremo exigebat, vt quibusnā
 eidem morbo remedijs succurratur edocerem
 qui vt multiplex est, ita multiplicem curationē
 desiderat id me non sine multa operis plixitate
 facere potuisse q̄sq̄ peritus iudicabit, cū in sin
 gula pustularū genera, singula medicamēta scri
 benda fuerint, quibus tamen plena sunt omniū
 fere medicorum volumina. Quare eadem hoc
 in loco repetere non modo longus, sed etiam su
 peruacuis forte labor fuisset. Illud tamen in
 vniuersum volo admonere cauendū esse a me
 dicis, ne more mali sutoris eodem calceo pedes
 omnes

DE MORBO GALLICO

omnes induere laborantis, ipsi quoque morbum gallicum, eadem in omnibus medicina sanare studeant, ne ve enim (quod plurimi faciunt deceptores) parum puro corpori vntiones exprimentibus superinducant. Hę enim vt cutem aliquando librant atque in presentia leuant, ita morbum vertunt ad interiora, & faciunt priore periculosiorem. Quare vt etiam aliqua ex parte curandi via ac ratione attingam, nihil adeo expedire in hoc morbo puto, quam plenam venis multum sanguinis mittere, sicuti vbi flaua bilis in corpore redundauerit, hunc precipue humorem conuenienti pharmaco euacuare. Vbi atra inualuerit, hanc quoque idonea educere medicina ita & salsam pituitam & quascunque alias totius corporis superfluitates, proprijs medicamentis expurgare. Et quoniam vt sentit Gal. atque etiam Auic. Raro humores simplices pustulas faciunt ad morbos compositos composita etiam medicamenta sunt adhibenda. Quę curationis ratio non modo in his quę intra sumuntur, sed & in illis quę extrinsecus imponuntur est (vt arbitror) obseruanda, Quoniam sicuti non eadem omnibus purgationes, ita neque vntiones sunt, quantum vero ad victus attinet modum, in eo seruando duorum precipue aphorismorum qui secunda particula scribuntur ab Hippocra-

NICOL. LEONICE NVS

te debem⁹ meminisse, quorū alter corrupta cor-
 pora quāto maius nutriūtur, tātō plus lædi pro-
 nunciat, alter vero et hoc ipsum insinuat & præ-
 terea corrupta ab integris dignoscere docet,
 vbi enim fauces ægrotant, aut tubercula nascū-
 tur in corpore cōsideranda esse excrementa pro-
 ponit, si enim biliōsa fuerint, indicio sunt corp⁹
 male se habere, si sanis similia posse corpus sine
 periculo ali. Qualia etiā debeant esse quęcunq;
 offeruntur alimenta ex ijs q̄ supra dixim⁹ cōsta-
 re arbitramur, talia. s. q̄ humores minime malos
 aut ad putrescēdū paratos sint apta generare, q̄
 deniq; causis morbū facientibus cōtrariā oīno
 habeant naturā, Hęc sunt q̄ de morbi gallici cu-
 ratione summatim breuiterq; p̄transco, forte al-
 tero volumine latius executurus, si hanc primā
 nostrā contēplationē gratā fuisse legentib⁹ intel-
 lexero. Tantū tamen abest vt q̄ vel ad aliorum
 opinionū confutationē vel ad proprię opinio-
 nis scripsi corroborationē, loco sentētiarū habe-
 ri velim, vt vltro oīs medicę artis professores
 horter ac rogē me in meis scriptis diligenter ex-
 aminent, corrigant, atq; redarguant, paratū quę
 me male fuisse opinatū demonstrauerint, vt phi-
 losophum decet, retrahere.

Explicit liber morbi gallici Nic. Leonicensi.

ANGELI

BOLOGNINI LIBER

de Cura vlcerum exteriorum.

Et de Vnguentis, quæ com-

munis habet vsus practican-

tium hodiernus in solutæ con-

tinuitatis medela. De quorū

numero nonnula in morbum

gallicum inserta sunt, non

debilibus tamen ratio-

nibus incidentalibus

ter appro-

bata.

ANGELVS BOLOGNINVS

medicinæ doctor, Francisco Gonzaga,

Mantuae Principi inuictissimo,

ac illustrissimo, felicitatē.

DVM superioribus annis illustrissime Princeps in maritima Venetorum classe primum, deinceps in Epidauri urbe degerem, chyrguan publico stipendio gerens, libuit mihi interdum aliquid subripere otij, & de Cura ulcerum exteriorum, breuem quidem, & ordinarium libellum edere, cum exercendi ingenio nostri gratia, tum afferendi frugem Lectoribus, prolixo, & inordinato nonnullorum professorum artis sermone fastiditis. Quē libellum cū nuper Venetijs absoluissem, & emittere destinassem tu solus mihi Princeps inuictissime occurristi cui illum, tanquam alteri in terris Marti, & omnium uirtutum auctori, & alii no dedicare. Hortata est insuper tua nobilissima Gonzaga familia, ex qua tanquam ex equo Troiano, tot clarissimi Imperatores prodierunt, quorum tu maximus experimento cognitus es. Quippe non est alter hodie maioris nominis, nec potuit libellus noster mortalium alicui prestantius & commodius ascribi, quam illi, qui per bellicos labores ad gloriam tendit. Habebunt milites tui, si uoluerint, ad uulnera consequentibus, laborabunt, quo modo curari & breuiter & canonicis documentis possint. Tuæ humanitatis erit munus mancipij tui serena fronte suscipere, qui si ditior essem, tu plane munus lautius accepisses. Vale.

ANGELI

BOLOGNINI LIBER DE CV

ra Vlcerum exteriorum, duos habens

tractatus: Primus est theorica

pars, quatuor habens

capitula.

Cap. I. & est prologus quo proponitur inten-
tio Libri, & diuisio eius.

Chyrurgia artis medica, sui an-
tiquitate & certitudine, pars
famosissima, plures habet par-
ticulas, quarum vna est vlcerū
exteriorum Curatio, de qua in
hoc libello agere intendimus.
Curatio autem vlcerum in duobus maxime cō-
sistit, in cognitione videlicet eorum, quæ con-
solidationem impediunt, & eorū impediētū
remotione, quo fit, vt hic libellus in duas parti-
atur partes. Pars vna consistit in cognoscendo
impedientia: Altera in eorū remotione. Prima
quidem theorica est, contemplatur enim ea, quæ
impediunt videlicet quæ, & quot sint. Ad hæc
quomodo noceant: similiter quomodo cogno-
scantur

scantur. Secunda vero pars practica medicamina tam generaliter q̄ singulariter administrare docet. His enim scitis, propositam habebimus intentionē ad amicorum nostrorum satisfactionem, qui me sæpe ad hoc impulerunt.

Cap. II. Continet quot & quæ sint impediētia consolidationē ulcerum.

Dicimus igitur, quod ea, quæ consolidationem impediunt, aut se tenēt ex parte vlcis, aut ex parte annexorum cum vlcere, si ex parte vlcis, cum vlcus cōmuniter describatur quod est solutio continui, a qua resudat pus & sanies: Aut ergo hoc impediens se tenebit ex parte solutionis cōtinuitatis, aut saniei: Si ex parte solutionis cōtinuitatis, vel erit merito figura solutionis cōtinuitatis fistularis, vel alterius figuræ fistulari proportionatæ, si ex parte saniei, aut merito substantiæ, aut suæ qualitatis, Si merito substantiæ, aut quia subtilis fluida, aut quia grossa viscosa: Si merito suæ qualitatis, aut quia acuta & corrodens per se & essentialiter, aut quia per accidens. Et hæc de his, quæ ex parte vlcis consolidationē impediunt, quæ duo fuerē, videlicet figura & sanies: Figura inquā, vel figura fistularis, vel alia: Sanies, vel grossa, vel subtilis, aut acuta & corrodens p̄ se, aut p̄ accidēs. Impediētia autē ex parte annexorū, aut se tenent

DE CVRA VLCERVVM.

tenent ex parte eorū quæ immediate contraria
sunt causis ad cōsolidationē facientibus, aut ex
parte eorū, quæ cōtraria sunt vlceri, in eo quod ad
deteriorē naturā quæ vlcus habeat inquantū vlcus
disponūt. Si ex parte eorū, quæ immediate con-
traria sunt causis ad cōsolidationē faciētibus, aut
quæ cōtraria causæ materiali, aut quæ causæ effici-
enti: Si causæ materiali, erit sanguis a natura ali-
enus, ipsi vlceri, & cuilibet mēbro, etiā. p nutri-
mēto delegatus, quæ cōtrariatur sanguini laudabi-
li, requisito ipsi vlceri p materia restituēdæ bonæ
carnis. Et tūc cōtrariatur, quæ peccās in quanto,
aut in quali: Si in quāto, aut quæ supfluus, aut quæ
diminutus: Si in quali, & tūc istud erit, quæ pec-
cās in cōplexione vtz calida, frīgida, humida, si-
ue sicca, simplici vel cōposita, cū materia vel sine
materia. Si vero causæ efficiēti, erit similiter ea
cōplexio, quæ cōtrariatur cōplexioni naturali vl-
cerati loci, tanquā causæ efficiēti. Et sic cōtrariatur
quæ nimis calida, siue frīgida, humida, siue sicca,
simplex vel cōposita, materialis vel sine materia
Si ex parte eorū, quæ vlceri cōtraria sunt, in eo
quod ad deteriorē disponāt naturā quæ vlcus habeat
aut vlceri cōtraria, prout accidentia, aut prout
agritudines: Si prout accidentia, accidētia erūt
hæc: videlicet dolor, fluxus sanguinis: Si prout
agritudines, agritudines erūt apostema, osfra-
catio

catio carnis, superadditio carnis, caro mollis, serpigo, corrosio, putrefactio, quæ de se sunt ægritudines loco vlcerato superueniētes. Et hæc sint dicta de impedimentis ex parte annexorū, quæ sunt in genere duo vti diximus, videlicet impediencia contraria causis efficientibus vel materialibus consolidationis, aut impediencia contraria vlceri tanq̄ accidentia, aut tanq̄ ægritudines. Quæ igitur, & quot sint impediencia vlceris consolidationem diētum est.

Cap. III. *habet quonam modo præfata consolidationem impediunt.*

ENumeratis his, quæ consolidationē impediunt, nunc diuersi sunt docendi modi, quibus talia impedimenta impediunt. Dico igitur imprimis, q̄ figura fistularis, & quæcunq̄ alia tali figuræ proportionata, consolidationi resistunt, eo quia ex ipsis consequitur indebita transpiratio saniei in vlcere congestæ, quæ postea in eo vlcere, plusq̄ debeat, moram contrahens, nitrositatem, & venenositatem adipiscitur, quæ ex parietum vlceris contactu, in eo maiorē cōcavitatem generat, & membrum debilitat, ad quod superfluitates totius corporis transmittuntur. Saniei vero substantia consolidationem impedit, quia subtilitas eius fluida, membri vlcerati substantiam contingendo, nimis eam humectat.

DE CVRA VLCERVVM.

Etat & remollit, & sic putrefactioni disponit, quū ea, quæ putrefiunt, molliora prius reddantur & laxa. Grossities vero siue viscositas, porris membrorum adhaerens, membrum putrefacit & corrumpit: quod enim a putrido tangitur putrefit. Saniei vero qualitas acuta, & corrodens, tam per se, quā per accidens, consolidationē vlcerum retardat, cum humiditatē membri, qua mediante sit partium continuatio, resoluat & consumat. Sanguis autē peccans in quanto consolidationem impedit, superfluus, calorem membri suffocat naturalem. Diminutus vero, defectum ponit nutrimenti, vnde frustratur natura pro generanda carne. At si fuerit peccans in cōplexione, siue simplici, siue composita, siue materiali, siue sine materia, tunc impedit consolidationem, virtutes naturales membri offendendo diminute, ablate, siue corrupte. Quum enī membri complexio ab aliquo offenditur, necesse est aliquam, vel aliquas, & forte omnes virtutes naturales deijci, aut diminui, vel corrumpi, cū ipsa complexio sit harum virtutum famula, siue ministra. Mala loci vlcerati complexio tā calida quā frigida, humida siue sicca, simplex vel composita, materialis vel immaterialis consolidationi obstat, naturalem deijciens complexionem qua sicuti instrumento natura vtitur ad nutrimenti

ANG. BOLOGNINVS

menti conuersionem in membrorū substantiā,
 & rei superfluae & nociuae expulsionem. Si im-
 pedientia consolidationē fuerint accidentia su-
 peruenientia vlceri, de quibus vnū est superfluus
 fluxus sanguinis, tunc inanitione materia carnis
 restaurandae, & spiritus necessitas subtrahitur,
 vnde consolidatio aufertur. Dolor autē virtutē
 totius corporis & membri patientis prostermit,
 & humorum defluxū ad locū efficit, quare con-
 solidatio deficit necessario. Apostema etiā, quod
 est ægrotudo vna ex tribus morborū generibus
 composita, videlicet mala complexionē, mala
 compositionē, & solutionē continui, multo ma-
 gis credendum, quod obuiet consolidationi, cū
 plures ægrotudines magis naturam molestant, q̄
 vna ægrotudo. Carnis ostracatio consolidatio-
 nem prohibet, ex eo quod talis ostracata carnis por-
 rositates sunt cōpactae & constrictae valde, vnde
 de ineptae sunt transitu materiae proportionatae
 carni generandae, & consolidationis perficiendae.
 Carnis similiter superadditio curationi oppug-
 nat, tanq̄ quid superfluum in corpore extra natu-
 ram artificio auferendum. Caro autem mollis,
 corrosio, & putrefactio consolidationem impe-
 diūt, cū materia p̄ carne delegata, a carnis mol-
 litie alteretur, & a corrosione & putrefactione
 forma substantialis mēbri corrūpatur & destru-
 atur.

DE CVRA VLCERVM.

atur. Et hæc satis sint dicta de diuersis modis, quibus præfata impediencia curationem vlcërum impediunt.

Cap. III. De signis eorum, quæ consolidatiõnem impediunt.

ASSignatis speciebus, & declaratis modis, quibus consolidatio impediatur, subsequenter ponenda sunt eorũ signa. At quia consolidatiõnem impredientium nõnulla sunt sensibus apparẽtia, itaq; signis non indigeant, sicuti sanies subtilis fluida, similiter sanies grossa, viscosa, fluxus sanguinis, dolor, apostema, siue inflatio, caro mollis, caro superflua, & similia. Alia vero occulta, & sensib; imãifesta, ita q; signis indigẽt ea significãtib; vt fistularis vlcëri figura, & similiter quæcũq; alia figuræ fistulari pportionata, saniei qualitas, locũ vlcëratũ inficiens, mala cõplexio, sanguis a natura alienus, corrosio, putrefactio: ideo cõdigne mihi visum est hoc in loco tantũ eorũ signa tradere, quæ occulta sensibus, & inmanifesta sunt: Dicã igitur, q; figura fistularis, cuius proprietates est habere orificiũ strictũ, & fundum profundũ, absconsum, & cauernosum, & similiter quæcũq; alia figura huic pportionata, denotãtur p subtilẽ inq;sitioẽ cũ tentis, et probis de argẽto, de plũbo, de radicib; de cereis cãdelis, seu coloratis iie ctiõib;

Sanici

Saniei vero qualitas acuta & corrosiua per se comprehenditur ex his : nam color eius tendit ad colorem rubeum, siue citrinum, viridem, siue nigrum. In ea quæ per accidēs, & in ea, quæ etiã per se, sentitur arsurã, & compunctio, rubor, & inflammatio vlcis, & partium ei adiacentiũ, ex qua contingit, quod quicquid ab ea de substantiali forma membri occupetur, destruat̃ et corrumpatur, adeo tam naturæ malignantis existit. Sanguis a natura alienus peccans in quãto quia superfluous, cognoscitur ex patiētis carnosã & robustã habitudine, venarũ totius sui corporis inflatione, seu repletionẽ saniei ab eo vlcere sanguinolentæ emanatione. Si vero diminutus, ita quod non defluit ad vlcus materia, ex qua caro generetur in eo vlcere, tunc ex opposito cognoscitur: videlicet macilentã, seu extenuatã patientis habitudine, venarum totius sui corporis inanitione, saniei ab eo vlcere quod vlcus requirat diminuta resudatione. Si in quali, quia peccans in complexionẽ calidã, tunc significatur ex colore corporis, & faciei, & oculorũ, vergente ad nimiam citrinitatem, siue viriditatem habitudine sicca, & extenuatã, sanie coloratã colore citrino, siue viridi. Et si peccans fuerit in caliditate nimis superflua, præfata signa erunt vergentia ad fuscedinẽ & nigredinem. Si vero peccas

DE CVRA VLCERVM.

peccans fuerit in complexione frigida, cognoscitur discoloratione faciei & labiorū, sanie cū substantia grossa viscosa, seu cū substantia subtili aquosa habitudine phlegmatica, phlegmatis abundantia. Si in complexione humida indicatur ex colore corporis, tendente ad albedinē, sanie subtili aquosa, tumore faciei & oculorum frequenti abundantia saliuæ. Si in complexiōe sicca demonstratur ex colore corporis vergēte ad nigredinem, siue subnigredinem, oculorum liuiditate, habitudine sicca, sanie nigra, cinerulenta, lutosa. Mala autem loci vlcerati complexio calida demonstratur per ruborem, & p̄ inflammationē, & p̄ caliditatem extraneam vlcerati loci, partiumq; ei adiacentium, & p̄ resudationem ab eo vlcere, saniei rubeo, siue citrino, viridi siue nigro colore colorata. Frigida similiter complexio manifestatur mēbri & vlceris liuiditate, subalbedine, mollificatione, lociq; frigiditate, quō ad tactum & patientis sensum, saniei grossa, & viscosa, & indigesta, seu subtilis cum substantia aquosa resudatione, priuata tamen omni mordicatione & incendio. Humida vero discrasia & exuberantis signa summūtur ex his, quoniā caro in tali vlcere, ad humidum superfluum discrasiato, tendit ad laxitudinē & mollitiē: quare est facta squalida, mollis, & ab

ANG. BOLOGNINVS

ea multa humiditas saniosa redundat. Sicca autem complexionē demonstrāt loci vlcerati siccitas, durities, & asperitas, saniei subtilitas, interdum & paucitas, membri & labiorū vlceris gracilitas, siue accidat a mala complexionē calida exiccante, siue priuatione substantificæ humiditatis. De putrefactione dicendum, cū alia sit de proximo futura, alia iam facta sit. Quæ facta est alia sit perambulans & procedēs, alia sit sic in suo esse stans. Signa igitur futuræ de proximo eliciantur per alterationē coloris carnis, tendentis ad colorē malum, videlicet liuidū, viridem, siue nigrū, & per diminutionē aliquem sensus eius. Signa vero iam factæ, quoniā color carnis iam factus est malus, & priuatus est locus vlceratus sensu omnino, ita quod dolor nō percipitur, dato q̄ ille locus pungatur, aut incidatur. Signa iam factæ & perambulantis a posteriori denotatur, quoniam ad partes circumstantes ipsius putrefactionis fit dilatatio. Et hæc satis dicta sint de signis eorum, quæ consolidationem impediunt.

TRACTATVS SECVNDVS,

& est pars practica curationis vlcerum exteriorum. xvij. habens capitula.

Cap^o

DE CVRA VLCERV M.

Cap. I. De regulis, & modis generalibus
curationis ulcerum.

QVÆ nam, & quot fuerint impedimēta
in vlceribus cōsolidandis, & quot mo
dis consolidationē impediāt, similiter & eorū
signa, quibus nobis appareāt, ex iam dictis &
p posse ingenoli mei viribus cuiq; perscrutāti
fatis innotescit. Reliquū autē est, vt accommo
data tradatur eruditio, qua vnūquodq; prædi
ctorū, ne consolidationem impediāt, prohiberi
potest. Hoc autē est, curam vlcerum docere, &
hoc primo in generali, & sub quadam summa,
deinde in particulari magis. Pro qua eruditio
ne dicendum, q̄ tale consolidationis impedi
mentum prohiberi potest triplici artis medicæ
artificio: videlicet diēta, potione, & chyrgia.
Diēta cibando ægrū cibis, qui substantiā, quan
titate, & qualitate opponātur illis, quæ consoli
dationē impediunt. Potione vero totius corpo
ris plenitudinē euacuante, materiā antecedentē
eorū quæ consolidationē impediunt digerente,
complexionem totius corporis rectificante, si
mala fuerit, hepatis maxime, membrorūq; he
pati deseruentiū, vt sanguinē laudabilē in q̄to
& quali generet. Chyrgia, seu manualis opa
tio in generali vnus cuiusq; eorū, quæ cōsolida
tionem impediūt, subministrēt in hūc modū.

ANG. BOLOGNINVS

Et primo si fuerit i causa figura fistularis, anihil
 letur, seu destruat, & si non est possibile, tunc
 sanies in eo vlcere congesta, merito figure ipsi
 us vlceris expulsionioni rebellis, anteq̄ nitrositate
 adipiscatur, aliquo ingenio, ad exteriora ipsius
 vlceris educetur. Si substantia saniei subtilis fu
 erit humectans, & remolliens membri substan
 tiam, & consequenter eam putrefactioni dispo
 nens, exiccatiuis, in gradu proportionato, quæ
 putrefactioni resistunt, & humiditatē illam ex
 traneam consumunt, curetur. Si vero fuerit sub
 stantia saniei grossæ viscosæ, orificijs pororum
 carnis sui viscositate adherens, & sic membri
 substantiã putrefaciens, medicinis, quæ ipsam
 saniẽ attenuant & dissoluunt, & consequenter
 eius grossitiem & viscositatē destruunt, ab ori
 ficijs pororum carnis elongetur. Si autē qua
 litas saniei acuta & corrodens, medicinis acuti
 tatem ipsius saniei refringentibus, corrigatur,
 nec non saniei antecedens materia ad oppositas
 partes distrahatur. Si in caussa fuerit sanguis
 peccans solo quanto, quia superfluous, plenitudo
 sanguinis minoretur. Si peccans fuerit in quan
 to, quia diminutus, nutrimentũ, quantulũcũq̄
 sit, loco vlcerato attrahatur. Si peccans fuerit
 in quali, quia in complexione, quæcunq̄ sit illa
 contrarijs rectificetur. Si superfluous fluxus san
 guinis

DE CVRA VLCERVVM.

guinis, loco a quo sanguis fluit, reparetur, & ad oppositas partes distrahatur. Si dolor, membri calor naturalis confortetur, seu doloris causa abijciatur. Si in causa fuerit caro mollis, humidū ipsius extraneum exiccetur. Si caro superflua, amputetur. Si caro ostracata, cum eo quod lenit & resoluit, resoluatur, & si resolutioni repugnat abscindatur. Si apostema, fluens materia repellatur, & fluxa resoluatur, & si indigeat, resolutio ni præparetur. Si in causa fuerit corrosio, materia antecedens diuertatur, & fluxa, & similiter loci malitia iam a materia coniuncta impressa consumetur. Si putrefactio, que iam facta est corruptum & putrefactum abscindatur. Si vero est de proximo futura, ne omnes gradus, ad putrefactionē requisitos acquirat, prohibeatur. Si autem perambulans fuerit putridum remouetur, & subsequenter humidum extraneum in membri substantia impressum, merito cuius iterum perambulatio fieret, quod tamen non fuit per putridi abscissionem totaliter remotum, dissoluatur. Sint ergo hæc dicta satis pro documento curationis in genere, & sub quadam summa qua vnumquodque eorum, quæ in vlceribus consolidationē impediunt, remoueri habeat. Nunc autem de vnoquoque in particulari dicendum, prædicta tamen declaratio, videlicet quæ postremo artis

ANG. BOLOGNINVS

medicæ instrumento tantum enumerata sunt.

Cap. II. De cura formæ ulcerū fistularis.

Cum in præhabito igitur capitulo dictum sit, quod figura ulcerum fistularis prohibetur ne consolidationē impediatur, eam figurā fistularem destruendo, & anihilando, seu saniem exerpulsioni rebellem, merito formæ ulceris ad exteriora ipsius ulceris, antequam nitrositatem adipiscatur, aliquo ingenio educendo. Hoc autem in loco dicendum erit in particulari, qualiter, quomodo talis figuræ destructio & anihilatio perficiatur, similiter quæ sint ea ingenia, saniem ad exteriora ulcerum cum tali forma educentia. Dicatur igitur, quod figura ulcerū fistularis destruat, secundum se totam, aut secundum aliquam sui partem, secundum se totam destruat secundo figuram ulceris usque ad eius radicem. Ita quod nil de eius forma fistulari derelinquatur, nisi ubi non est possibile, quoniam, si ibi adessent nervi, venæ, & chordæ, tuæ sectioni se intersecantes, seu operantes, seu os, aut magna loci distantia, seu cutis grossities. Tunc & eo casu a tali exquisita sectione esset desistendum, & ad aliam sectionem seu alia ingenia deveniendum. Secundum aliquam sui partem figura ulcerum fistularis destruat, illius orificium dilatando, & ampliando, seu potest tam in fundo ulceris constituendo.

Fiat

DE CVRA VLCERVM.

Fiat itaq; figuræ vlcerum fistularis sectio secundum se totam, aut secundum aliquam sui partem cum nouacula aut cauterio. Similiter orificij vlcis dilatatio, & amplificatio cum eisdem, seu impositione tentarum raræ & siccæ substantiæ existentium, sicuti de melegario, de sambuco, de spongia præparata, de radice aristolochiæ, de gentiana, & similibus. Educatur vtiq; sanies ingeniose ad vlcerum exteriora expulsionem reobellis, merito figuræ vlcis, altero istorum modorum, videlicet medicinis lauantibus & curretibus, cursu & lubricitate sua, quæ facit absolutio, saniem ad exteriora vlcis educantibus, sicuti sunt hæc in modo ablutionis administrata videlicet aqua ordeï, vinum melitite, aqua maris, aqua aluminis, aqua cineris, decoctio iridis, decoctio centauris, cum vino non multum vinoso, licet et prædicta alio modo sanie ad vlcis exteriora excutiant, & hoc eam exiccando & abstergendo, seu propulsione ipsius saniei ad exteriora vlcis, institis mediantibus, vna cum plumaceolis super figuram fistularem decenter comprimantibus, aut ea situatione membri, quæ orificium vlcis inferius existat & fundum superius. Solet præterea a quibusdam sanies ingeniose ad vlcis exteriora educi, præparatione vlcis, ita quæ ab eo vlcere sanies ad exteriora currat, & non retineatur, immo quæ ea libere

ANG. BOLOGNINVS

euentetur & expiret, & hoc cum tentis cannu-
latis de brassica, de plumbo, de argento, & simi-
libus. Expeditis his pro cura figuræ vlcerū fi-
stularis & similiter cuiuscunq; alterius figuræ fi-
stulari proportionatæ, nunc ad regimē substan-
tiæ saniei transeundum est.

Cap. III. De cura saniei subtilis.

Regimen igitur humiditatis subtilis sanie
rosæ, remollientis substantiam partis vlcera-
tæ, exiccatione perficitur, maiori & minori tñ
secundū q̄ a loco vlcerato fit maior & minor
humiditatis subtilis saniosæ resudatio. Pro qua
exiccatione optima sunt, & simplicia, & cōpo-
sita: videlicet bolus armenus, plumbum vstum,
cerussa, lithargyrum, antimonium, plantago, lan-
ceola, tela aranei, galla, aristolochia combusta,
mirobalanorum genera, cortex thuris, mastiche
mirrha, aloë, sarcocolla, rheubarbarum, panis as-
satus, rasura panni vetustissimi, spongia combu-
sta, symphitū vel consolidida maior, cauda eqna,
pix, resina, alumen & similia. Item aqua alumi-
nosa, aqua marina, aqua ardēs, aqua azurea, vng-
uentum de cerussa, vnguentū de minio, vngu-
entum de tuthia, vnguentum de plumbo, vngu-
entum nigrū compositione patris mei, vnguen-
tum citrinum vsuale, vnguentū de lino, vngu-
entum irinum, vnguentū de calce, vnguentum
de pul-

DE CVRA VLCERV.M.

de pulueribus, vnguentū bonum pro sanie sub
 tili exiccanda. Recipe vnguenti de lithargiro,
 vnguēti de cerussa, añ. vnc. j. 5. ceræ albæ vnc. 5
 misce, dissolutis primo cera, & vnguento de ce
 russa, & vltimo vnguento de lithargiro. Aliud
 Recipe cerussæ lotæ drachmas. vii. lithargiri. 3.
 iij. scorix argenti, vel climiæ. 3. ij. vitreoli drach.
 .j. 5. ceræ albæ vnc. ij. 5. olei ro. vnc. vj. terebin
 thinæ vnc. ij. fiat vnguentum. Aliud. Re. lithar
 giri bene puluerisati, cū aceto & oleo ro. misce
 atur & imbibatur in mortario plumbeo, & be
 ne agitetur cum pistillo suo, donec ad augmen
 tationem deueniat, & albificetur. Deinde Re.
 antimonij, æris vsti, balaustiorū, vermium ter
 restrium exiccatorum, & puluerisatorū, gallarū
 sanguinis draconis, aluminis, climiæ argēti añ.
 omniū, terantur & cribrentur, & de eis quantū
 est sexta pars vnguenti in mortario ponantur,
 & cū pistillo incorporentur, donec bene vnian
 tur adinuicem. Aliud. Re. terebinthinæ ceræ re
 sinæ añ. vnc. iij. olei rosati vel cōmunis. vnc. iij
 pulueris aristolochiæ, ro. mirrhæ, libani, aloes,
 mastiches añ. drach. ij. 5. puluerisatis pulueri
 sandis fiat vnguentum. Aliud Re. vnguenti ba
 siliconis, vnguēti de tuthia, vnguēti de calce añ
 .j. misce. Et alia plura tā simplicia q̄ cōposita,
 quæ in libris antiquorū facile est reperire.

ANG. BOLOGNINVS

Cap. IIII. De cura Saniei

grossæ & viscosæ

SAniei vero grossæ & viscosæ orificijs porrō
 rorū carnis sui viscositate inherētis, & sic
 membri substantiam putrefacientis regimen cō
 plicatur, applicatione localium, quæ sui subtili
 tate substantiæ in ipsam sanie penetrant, & suo
 calore eam attenuēt, & dissoluunt, vnde destrue
 eta eius grossicie & viscositate, phibetur ipsius
 saniei orificijs porrōrū carnis adherētia, qua mē
 bri substātia corrūpebatur, q̄ similiter saniei gro
 ssæ & viscosæ attenuatio & dissolutio intēdatur
 & remittatur secundum diuersitatem quantita
 tis saniei subtiliandæ, & similiter secundum di
 uersitatem saniei peccantis in grossicie, & visco
 sitate maiori & minori, de quibus optima sunt
 farina ordeī, fabarum, cicerum, orobi, lupinorū,
 alkanna, aristelochia, hypericon, acetum, cinis
 anethi, fermentum, crocus, laurus, iris, vel ireos,
 centaurium, gentiana, absinthium, apium, bau
 rach, mel, & omnes medicinæ habentes aliqua
 lem amaritudinem, vel acuitatem, quæ semper
 cum melle præparentur. Item aqua lactis, aqua
 ordeī, aqua mellis, aqua cineris, vinum melitæ
 mundificatiuum de melle, vnguentum viride,
 herbarum totius cōmunitatis, mundificatiuū
 commune, mundificatiuum de iride, vel ireos
 mur

DE CVRA VLCERVVM.

mundificatiuū de apio, vnguentū de cētaurio,
 vnguentum pro sanie grossa attenuanda bonū.
 Recipemellis ro. terebintinæ non lotæ, añ. vnc.
 ij. thuris, myrrhæ añ. drach. iij. misce. Aliud re.
 mellis terebinthinæ non lotæ, añ. vnc. ij. coquā
 tur ad spissitudinē aliqualem, deinde adde, myr
 rhæ, sarcocollæ, aloes, iridis añ. drach. j. 5. Aliud
 R. terebintinæ claræ. ʒ. vj. mellis ro. co. ʒ. iij. 5.
 myrrhæ, iridis, aristolochiæ longæ añ. drach. iij.
 farinae ordeī. q. s. ad inspiciendum, dissoluta pri
 us terebintina cum melle & vltimo additis pul
 ueribus fiat vnguentum. Aliud re. iridis, aristo
 lochiæ, añ. ʒ. iij. terantur optime, & misceantur
 tanta quantitate mellis, q̄ ea conglutinet, & in
 forma vnguenti adducat. In maiori grossicie
 & viscositate. R. mellis. ʒ. ij. viridis æris. ʒ. v. mis
 ce. Item aliud re. fecis olei ro. aceti puri, mellis
 añ. ʒ. j. aristolochiæ longæ aluminis scissi iridis
 cerussæ añ. ʒ. j. 5. viridis æris. ʒ. ij. misce omnia
 adinuicem, valet præterea vnguentum græcum
 maius vnguentum ægyptiacum.

Cap. V. De cura qualitatis

saniei acute & corodētis

REGIMEN curatiuum qualitatis saniei
 acute & corrodentis tam per se q̄ per ac
 cidens, quæ humiditatem mēbri, qua mediāte si
 mēbri partiū cōtinuatio, resoluit & cōsumit p
 ficiatur

ANG. BOLOGNINVS

ficiatur, præhabito conuenienti regimine in sex
 rebus non naturalibus, præhabitaq; euacuatio-
 ne materiarum peccantium, & defluentium dis-
 uersione, & similiter constrictione viarū & du-
 ctuum, per quæ talis materia posset deferri &
 deflui ad locum vlceratū. Si fuerit qualitas acu-
 ta & corrodens per se, vnguento de cerussa albo
 vnguento de lithargiro, vnguento rubeo cam-
 phorato, vnguento de bolo, vnguento de tuthia
 vnguento de cerussa cocto. Vnguentum bonū
 p̄ cura qualitatis saniei acutæ & corrodentis.
 Re. tuthiæ lotæ, cerussæ lotæ añ partes æquales
 puluerisentur, & in mortario plumbeo cū aqua
 plantaginis, cū pistillo suo diu ducantur, addi-
 ta terra sigillata, & aliquanto boli armeni, & cū
 cera sufficienti, & oleo rosato fiat vnguentum.
 Aliud Re. lithargiri drach. viij. in mortario cū
 aceto tam diu ducatur, donec infletur, tumescat
 & albescat, & cū drach. iij. cerussæ, & drach. ij.
 terræ sigillatæ, pulueris gallarum, rosarum añ. ʒ.
 .j. cum oleo ro. & cera fiat vnguentum. Aliud
 Re. gallarū, arnoglossæ siccæ añ. drach. v. olei
 ro. vnc. v. ceræ albæ vnc. ij. terebinthinæ vnc. ij.
 misce, & fiat vnguentum in bona forma. Si autē
 fuerit saniei qualitas acuta & corrodens p̄ acci-
 dens abscindatur cura, quæ est cura causæ, vt pu-
 ta, si fuerit in causa figura vlcera fistularis, ad
 quam

DE CVRA VLCERVVM

quam sequitur indebita transpiratio saniei, que
diutius in loco detenta, adepta est nitrositatem
& acuitatem, tunc curetur curatione data capi-
tulo secundo partis huius nostræ practicæ.

Et hæc de cura qualitatis saniei acutæ, & corro-
dentis, tam per se q̄ per accidens dicta sint :

Nunc vero ad curationem eorum, quæ imme-
diate contrariantur causis ad consolidationem
facientibus dicendum esse videtur.

Cap. VI. De Cura sanguinis peccantis.

Sanguis autem peccans dicitur, vt supra ha-
bitum est, aut quia peccans in quâto, aut in
quali. Et si in quâto, aut quia superfluus, aut quæ
diminutus. Et si in quali, aut quæ peccans in cõ-
plexione, videlicet calida, frigida, humida siue
sicca, simplici vel composita, cum materia vel
sine materia. Si igitur sanguis peccans fuerit in
quâto, quia superfluus, cura pficiatur dieta tes-
ticulari, phlebotomia sanguinis minoratiua, & ex-
tractione sanguinis peccantis in quâto ab vl-
cere & eius circuitu sanguisugis, scarificatione
& similibus. Si sanguis peccans fuerit in quâto
quia diminutus, curatio compleatur dieta lata
& grossa, boni & multi chymi generatiua, tra-
haturq; nutrimentum ad locum vlcera tum fri-
ctionibus, fomentationibus maluæ, bismaluæ,
violarum, donec membrum infletur & rubescat
piccis

ANG. BOLOGNINVS

piccis emplastris, quorum forma vna erit hæc:
 Re. picis naualis, picis græcæ, resinæ, pini ana.
 partes æquales, dissoluantur in cazola ad ignē,
 deinde per stamen in aqua frigida colentur, &
 manibus inunctis oleo emplastrum malaxetur,
 & vsui referuetur. Si sanguis peccans fuerit in
 quali, quia in cōplexione calida materiali, euac
 uetur materia calida, si fuerit subtilis, cum rheu
 barbaro, mirobolanis, prunis, tamarindis, pulpa
 cassiæ, aqua pomorū granatorum, manna. Et si
 necesse fuerit cū electuarijs de succo ro. de pisti
 lio mesue, de prunis, de sebesten. Si autem fue
 rit grossa per adustionem cū electuario leniti
 uo, diacatholi confectione hamech, diasena, cas
 sia vigorata cum sena, pilulis indis, pilulis de fu
 mo terræ, aqua lactis, sena, & similibus. Hoc
 semper attendendo, quod ante euacuationē ma
 teria calida subtilis digeratur cū syrupo ro. de
 endiuia, acetoso simplici, oxisæ chara, nenupha
 rino, violato cū aquis endiuia, violarum, aceto
 sæ, ordeï, hepaticæ, plantaginis, cucurbitæ, por
 tulacæ, nenupharis, solatri, & similibus. Mate
 ria autē grossa per adustionē cum syrupo de po
 mis, de buglossa, de lupulis, iuleb violato, & a
 lijs talibus. Notando tamen quod semper vitæ
 regimen in cibo, & potu, & alijs rebus nō natu
 ralibus, sit proportionatum peccato in his & in
 alijs

DE CVRA VLCERVVM

alijs. Et si forte in his affuerit febris, tanto magis prædicta augeatur in gradu frigiditatis, aut minuantur, quanto febris fuerit validior, aut remissior. At si peccans fuerit in cōplexione calida simplici vel cōposita sine materia, tunc alterantia sola præfata sine euacuatione sibi conueniunt. Caterū si peccatū fuerit in mala complexione frigida materiali, tunc materia ipsa euacuetur. Si fuerit phlegmatica cū aloë agarico, polipodio, turbit, electuario de daëtilis, electuario indo, pilulis aggregatiuis, pilulis de agarico pilulis cochijs, diaturbit, benedicta, præparata prius materia cū syrupo de bisantijs completo, ieleniabin, oximellæ simplici & composito, syrupo acetoso cōposito, diarodon & alijs, cū aqua feniculi, boraginis, apij, melissæ, maiorang, mentæ, absinthij, aqua mellis, & similibus, quæ quædam alterantia & similia conferunt etiã in mala complexione frigida sine materia, exceptis euacuationibus. Si peccans autē fuerit in complexione humida materiali curetur cura prædicta immediate, & si peccans fuerit in cōplexione humida sine materia, sola digerentia conueniunt, euacuatione excepta. At si peccans fuerit in complexione sicca materiali, cura erit per euacuationem materiæ melancholicæ non adustæ, cum rectificatione membrorum illam generantium.

Est

Et si immaterialis fuerit, cura est cum calidis et humidis. Et hæc pauca de cura sanguinis peccantis dicta sint. Nunc ad curam malæ cōplexionis partis ulceratę transeundum est.

Cap. VII. De cura malæ complexionis partis ulceratę.

PRO cura igitur male complexionis partis ulceratę dicatur, quod si in parte ulcerata peccauerit mala complexio calida, siue materialis, siue immaterialis fuerit, localibus curetur, vnguento videlicet de cerusa albo, vnguento de tuthia, vnguento de plumbo, aqua rosata, succo plantaginis, succo solani, succo de semperuiua. Si mala complexio frigida, vnguento basilicæ, vnguento citrino vsuali, vnguento de dialthæa compositione patris mei, vnguento fusco, lotionè vini boni tepidi, aqua cineris, aqua aluminis. Si mala complexio humida, curetur exiccatiuis iam dictis, & alijs vigoratis in siccitate, secundum quod locus ulceratus magis & minus abundat humiditatibus, & similiter secundum diuersitatem corporum & membrorum, in quibus existunt vlcera, sicuti vnguento viridi herbarum, vnguento gratia dei, vnguento de diapalma, vnguento de dialthea compositione nostra, seu cum hoc, quod summe valet in omni membrorum complexione. ℞. olibani, masti-
ches

DE CVRA VLCERVM

ches, aloes añ drach. ij. picis græcæ vnc. j. s. ari
 stolochiæ longæ combustæ drach. j. s. olei ro. ʒ.
 ij. terebinthinæ ceræ añ vnc. ij. fiat vnguentum
 Aliud re. olibani, mastiches, aloes sarcacollæ,
 sanguinis draconis, boli armeni, pulueris molē
 dini, omnia puluerisentur subtiliter, & per pan
 num subtiliter cribra, & cum terebinthina mis
 ce, donec ad substantiā densam deueniant. Ali
 ud re. unguenti apostolorum vnc. j. viridis æris
 drach. j. misce. Si autē peccauerit mala cōplexio
 sicca. i. parum humida, curetur vnguento basili
 cone, vnguento de pice, vnguento fusco, vnguē
 to diaquillione nigro dissoluto in cazola, id est
 cochleari ferreo, cui addatur pro qualibet. ʒ. dia
 quilonis drach. j. pulueris rosarum, seu cum hoc
 & masticis, olibani, picis græcæ, boli armeni añ
 ʒ. j. sepi arientini. ʒ. ij. ceræ. ʒ. ʒ. olei ro. ʒ. ij. misce
 & alijs leuibus exiccatiuis præmissis semp ma
 terierum peccantium euacuatione, si fuerit cum
 materia, & defluentium diuersione, & similiter
 constructione viarum, & ductuū, per quæ tales
 materiæ possunt deferri, & deflui ad locū vlce
 ratum, siue a toto corpore plenitudinem haben
 te defluant, siue ab aliquo membro nobili & for
 ti, plenitudinem habente. Pro noticia superiorū
 aduerte, q̄ in omni parte vlcera propter ipsi
 us debilitatē aggregatur humiditas superflua.

Y non

ANG. BOLOGNINVS

non solum p viā paulatinā cōgestionis, immo
 & aliqñ p viā defluxus, siue a toto corpore de-
 fluat, siue ab aliquo mēbro nobili & forti pleni-
 tudinē habēte, q̄ hūiditas ī loco aggregata, vira-
 tutis loci debilitate putrescit, et ī sanie cōuertitue
 Et si talis humiditas multa, & malæ qualitatis
 extiterit, reddit vlcus sp̄ cōpositū cū alia agri-
 tudine, puta corrosione, siue putrefactiōe, ostrac-
 cositate, seu alia dispositione, consolidationē vl-
 ceris phibente. Aduerte secūdo, q̄ in oī mēbro
 vlcerato, & maxie vbi quæritur carnis gnatio
 et incarnatio, debemus administrare medicinas
 secundū duplicē respectū: primo quidē habēdo
 respectū ad cōplexionē corporis & mēbri,
 in quo existit vlcus, vt cōplexionē ipsius natu-
 ralē a parte suę similitudinis conseruēt. Si enim
 in curatione morbi, cōplexio naturalis mēbri
 & corporis nō cōseruaretur, morbus nō posset
 destrui, cū complexio naturalis mēbri sit instru-
 mentū ppriū, quo mediante natura mēbri vti-
 tur ad cōuersionē nutrimenti in mēbrorū substā-
 tiā, & rei superflue & nociue expulsionē. Secūdo
 habēdo respectum ad morbū, vt ipsum a parte
 suæ cōtrarietatis destruant. Positis his pro cura
 eorū, quæ cōtrariātur causis ad consolidationē
 facientibus, nūc de cura eorū, quę vlceri cōtra-
 riantur, put sunt ei accidentia, dicendū est.

Cap.

DE CVRA VLCERVVM

Cap. VIII. De Cura doloris.

Cum doloris cura distinguatur penes ipsius doloris intensum, & remissum, necnon penes diuersitatem suam efficientis causam. Idcirco non absque ratione per nos dolor distinguetur in quietum & clamosum. Et clamosus in eum, cuius acumen inducias concedit, & in eum cuius acumen inducias non concedit, quorum dolorum causa in parte ulcerata coiter esse affirmatur mala complexio, aut solutio continui, seu utrumque simul. Et cum ulcerata membra secundum quadruplicem possint haberi complexione, ut in praehabitis dictum est. Et cum caeteris etiam inefficiendo dolore vehementiora sint caliditas & frigiditas, quia citius impressurae, ideo impraesentiarum tantummodo de dolore a mala complexione calida, & similiter a mala complexione frigida contingente dicemus. Dicimus igitur, quod si doloris causa fuerit mala complexio calida, cuius tamen doloris acumen inducias concedit, praemissis vniuersalibus, valet vnguentum de litargiro, vnguentum de cerusa album cum camphora, vnguentum de minio, vnguentum de tuthia, vnguentum de plumbo, vnguentum rubeum camphoratium, album oui conuassatum cum oleo ro. & lithargiro & redacta ad formam linimenti in mortario plumbico cum pistillo suo, quod vnguentum postea buliat lento igne in libra. j. succ

ANG. BOLOGNINVS

semperuua vsq; ad succi consumptionem.
 Valet praeterea album ouii conuassatum cum
 oleo ro. emplastrum de paruis maluis, & plano
 tagine coctis & pistatis cum cribratura fursue
 ris & oleo ro. bolus armenus cum terra sigilla
 ta, oleo ro. & aceto, succus solatri, seu semperui
 ua cum aceto. Item valet hoc aliud in casu.
 Re. cerae albae vnc. iij. olei ro. vnc. x. sandaloru
 alboru, & rubeorum rosatum mirrhę, libani, ma
 stiches an. drach. ij. camphorę drach. 5. terebin
 thina 3. ij. 5. fiat vnguentu. Si vero doloris cau
 sa fuerit mala complexio frigida, valet vngue
 tum fuscum, vnguentu basilicon, vnguentum
 citrinu vsuale. Si autę doloris causa fuerit solu
 tio continui, cuius doloris similiter acumen ino
 ducias cōcedit, praemissis semper vniuersalibus
 valent ea quę quemcunq; dolorę indifferenter
 sedant. Ea autę sunt, quę calorę membri natu
 ralem multiplicat & confortat, calor enim natu
 ralis membri confortatus repugnat omni rei no
 centi, vti vitellus oui terebinthina & crocus, te
 rebintina cū oleo ro. oleum abietis cū oleo ro.
 hac ad intra vlcus applicetur cū etiam aliquali
 exiccatione humiditatę medicinaru humectan
 tium refringente participant, merito cuius etiā
 vlceri conueniunt. Ab extra vero oleu ro. cum
 amygdalino, oleu de lilio, oleu de kyro, butiru
 recens

DE CVRA VLCERVM

recens, pinguedo recens, pulli gallinæ, anatis, porci, & similiu, yfopus humida, oleum de oliuis maturis, fex olei, oleū ro. oleū violarū, oleū chamemellinū, oleum vulpinum, munita, oleum de fampo, mucilago. ℞. lini, fœnugræci emplastrū valens in casu. R. e. foliorū maluarū, M. j. s. farina. ℞. lini, fœnugræci an. vnc. ʒ. olei chamemel. lini, liliorum alborū an. drach. vj. olei ro. ʒ. iij. mucillaginis altheæ vnc. j. s. farinae ordei. q. s. cū duobus vitellis ouorum fiat emplastrum.

Si vero doloris caussa fuerit mala cōplexio, & solutio continui simul, cuius doloris etiam acumen inducias concedit, ex iam dictis habita est curatio. Nunquid cura composita a graditudinis sumitur ex curatione simplicium a graditudinum ipsam inquā compositā componentiu. Quare suppositis vniuersalibus ad intra vlcus applicentur ea, quæ sunt vere & proprie doloris sedatiua, exiccatiuis aliquantulum, & laudabilibus cōmixta, ab extra vero extraneata complexionis remotiua. Si tamē doloris acumen inducias nō cōcedit loco dolenti, & circūdolenti narcotica applicentur, vt emplastrū satis leue de cōtritis folijs papaueris albi, & vrgēte magis dolore applicetur emplastrū, vt de folijs mandragoræ, emplastrū de folijs iusqami cū puluere chame meli, philonū etiā persicū illinitū, theriaca recēs

ANG. BOLOGNINVS

emplastrata. Ex oleis, oleum de mandragora,
oleum de papauere, oleum de nenuphare cum opio
succo hyoscyami, opium dissolutum cum lacte
ouillo, seu mulieris & similia. Et hæc de cura do-
loris dicta sint. Nunc de cura supflui fluxus san-
guinis dicendum esse videtur.

C. IX. De cura supflui fluxus sanguinis.

PRO regimine curatiuo supflui fluxus san-
guinis, cum sanguis non nisi a venis effluat,
iprimis est sciendum, quod diuersitas in modo sisten-
di sanguinem non solum sumitur penes diuersitatem
causæ facientis tale fluxum ut si fuerit corrosio,
vel putrefactio, seu ab extrinseco eueniens solu-
tio, verum etiam secundum quod vena a qua sanguis
egreditur est profunda in membro, aut superficialis
occulta, aut manifesta, magna aut parua. His
premissis dicatur, quod sanguinis fluxus curatio
in genere, duabus intentionibus perficitur, videlicet
licet diuersione, & reparatione loci, a quo san-
guis fluit. Diuersio quidem fit aliquando per sanguinis
euacuationem ad oppositam partem, vti per phlebotomiam,
ventosas scarificatas, sanguisugas quæ tamen
modificari debent secundum virtutis & ætatis
tenorem, aliquando cum præfatis absque euacuatione
& cum ligaturis, ventosa super hepate & splene, quæ
mirabilis est. Loci autem reparatione, a quo sanguis
fluit, sic completur, ut si fuerit in causa corrosio
siue

DE CVRA VLCERVM

siue putrefactio, tunc locus, a quo sanguis fluit, cauterizetur cū ferro ignito, siue medicina cauterizante, & escarā inducente, vt cū hoc, R. e. vniuenti populei drach. ij. vitrioli vsti drach. j. argenti sublimati drach. j. s. misce, & locus, a quo sanguis fluit tantūmodo repleatur, siue cū hoc alio. R. e. argenti sublimati lapidis hematitis, vitrioli ro. lithargiri añ. & fiat puluis, & cū albumine oui, & puluere isto licinia liniātur & loco applicētur. Exiccatione autē cauterij fit rectificatio corrosione, & putrefactionis, & exiccatione, & corrugatiōe partis, a qua sanguis egreditur. facta per cauteriū, fit sanguinis fluxus restrictio, quare nil cauterio præstātius in cura fluxus sanguinis euenientis a corrosione, siue putrefactione. Si autē vena fuerit parua, manifesta & superficialis, tunc cum acu, & serico perforetur sub & supra venam, & ligetur vena, dum modo apostema, siue dolor non contradicat, quoniam stante dolore, seu apostemate, talis ligatio prohibenda est. Et in medio incisionis ponatur medicamen, habens has proprietates: videlicet, quod sit congelans, vt sanguinis fluxus fiat ingrossatio, necnon inuisicans, vt fiat sanguinis super caput venæ conglutnatio, & exiccans, vt fiat superfluitatum defluxarum, & congestarum consumptio, & consequenter

soluta cōtinuitatis incarnatio, qua mediante fit
 vera, & propria sanguinis fluxus restrictio. Cuius
 medicaminis descriptio talis est. R. thuris al-
 bissimi viscosi, aloes, sanguinis draconis, bolt ar-
 meni añ. partes æquales, puluerificentur subtili-
 ter. & cum albo oui misceantur, & stuelli, siue li-
 cinia in eo medicamine tingantur, & in incisione
 ponantur, in circuituq; vlcis, & supra stuellos
 ponantur stupæ plures in aqua rosata, seu com-
 muni, & aceto madefactæ. & aliquantulum ex pres-
 sa, & cum ligatura satis cōprimente ligentur, di-
 mittanturq; vlcus, a quo sanguis egreditur, cum
 illa ligatura vsq; ad tres vel quatuor dies, quonia
 ante illud tempus non putatur, q; natura fecerit
 tantum de carne, q; sit sufficiens ad opilandum
 venam. Si vero vena fuerit magna, reparatur lo-
 cus per impletionem corporis venarum, cum stue-
 llis linitis, in supradicto medicamine sine alijs
 infradicendis. Et si vena fuerit profunda, si ma-
 nifesta, magna aut parua, siue alterius diuersita-
 tis diuersificantis curationem fluxus sanguinis
 reparatur locus ille modo isto satis cōmuni hu-
 ic, & alijs etiam diuersitatibus in fluxu sangui-
 nis contingētibus, videlicet ponendo digitum
 super orificiū venæ, dummodo talis impositio
 sit possibilis, & aliquantulum tenere, donec sang-
 uis aliquo modo congelatur, deinde ponantur
 stuelli

DE CVRA VLCERVM.

fluelli plures liniti in albumine oui, agitato cum
 aliquibus ex medicinis dicendis, iam dictas pro
 prietates habentibus, & cum ligatura decenter
 comprimere, ligentur, Medicinæ simplices, in cõpo
 sitione medicinarũ, p̄ restructione fluxus sanḡ
 uinis facientũ connumerantur hæc, videlicet tes
 la aranei, terra sigillata, cortex thuris, pentaphyl
 lon, pluma gallinæ combusta, bolus armenus,
 cinis rasure chartarum combustarũ, coreandrũ
 torrefactum, cauda equina, cornũ rasura, cinis
 lignorum stipticorum, corrigiola, omnia ossa cõ
 busta, puluis rheubarbari torrefacti, pilus lepõ
 ris combustus, sanguis draconis, spongia com
 busta & puluerifata, virga pastoris, sanguinaria
 fuligo furni, Karabe, acatia, folia salicis, galla
 combusta extincta in aceto, lapis hemaritis, cõ
 solida maior, rasura panni vetustissimi, lanugo
 adhærens corticibus castanearum a parte intrin
 seca, thus gummosum, aloë, gipsum, farina vola
 tilis molendini, anilum, viscus gummi arabicũ
 tragatanthum, rasura corrigiarum, vel corio
 rum a parte intrinseca, omnes species gummi.
 Ex medicinis compositis fluxum sanguinis co
 hibentibus, prima forma erit hæc. ℞. pilorũ le
 poris torrefactorũ. ℥. ʒ. boli armeni. ʒ. i. ʒ. sanḡ
 uinis draconis, terræ sigillatę añ. drach. j. thuris
 gumosi drach. ij. misce & fiat puluis. Secunda
 Y 5 forma

ANG. BOLOGNINVS

forma, gypsum cum albumine oui & munitia.
 Tertia forma, Re. gallarū torrefactarū, boli armeni añ. 3. 5. libani, aloes, mastiches, sanguinis draconis, pilorum leporis minutim incisorum añ. scrup. j. misce & fiat puluis. Quarta forma compositorum. Re. gypli vnc. j. munitie, telæ aranei, caliginis furni, boli armeni, tragacanthi añ. drachmam vnam, misce. Et hæc de Cura accidentium, consolidationem vlcerum prohibentium sic dicta sufficiant. Nunc autem ad curationem accedamus eorum, quæ ægri tudines denominantur.

Cap. X. De cura apostematis.

DE apostemate, quod est ægri tudo vna ex tribus morborū generibus, cōposita videlicet mala complexione, mala cōpositione, & solutione continui, incidentaliter præmittendum, quæ cura eius distinguitur secundum diuersitatem temporis ipsius apostematis, secundum diuersitatē materiæ apostematis, necnon scdm diuersitatem locorum, in quibus fiunt apostemata. Quare hoc præmissis, intendens hoc in loco pertractare tantūmodo de cura apostematis vlceri, ex defluxu humorū contingentis, cū scdm plurimū, ad ipsum vlcus consequatur apostema calidum sanguineum, dicatur, quod si tale apostema fuerit in principio, supposita dicta, conueni-

DE CVRA VLCERVVM.

uenienti diuersione, & humorum peccantium
minoratione, & non prætermiffa cura vlceris,
curetur fuperponendo emplaſtrum ex grano
dulci, integro, decocto cum vino pontico, cum
cortice ſuo, ſeu emplaſtrum de malis cetoneis,
& piris decoctis in aqua, & vino rubeo, & po-
ſtea in mortario contritis, & incorporatis cum
pulvere mirthi, ſiue emplaſtrum de lentibus de-
coctis, & roſis contuſis & incorporatis cū te-
rebinthina, & puluere corticum granatorum.

Si autem apoſtema fuerit in augmento, curetur
emplaſtris prædictis, quibus adiungatur farina
fabarum, ordei, tritici, & chamemelli. Exiſtente
autem tali apoſtemate in ſtatu curetur empla-
ſtro ex folijs abſinthij, et maluarum, decoctis in
vino dulci, & piſtatis cum ſapa, & cribratura
furfuris. Et ſi apoſtema tendat in viam exitu-
ræ, tunc maturatiuis appoſitis, adiuuanda eſt ſa-
niatio, & de maturatiuis proprie in iſto caſu eſt
emplaſtrum de folijs maluarū decoctis in aqua
& in mortario contritis cum farina .ſ. lini .ſcæ-
nugraci & axungia porci recenti, & ſimiliter
emplaſtrum ex farina tritici, aqua, oleo, & cro-
co, & facta ſanie perforatione ſaniati loci ex-
trahatur, ſeu ſi ad orificium vlceris talis ſanies
declinare videatur, tunc tentis ſeu expreſſione,
aut ligaturis ad eum deducatur.

Si au

Si autem apostema vlceri superueniens esset aliud a phlegmone, tunc quaratur cura posita tractatu nostro de apostematibus. Et hæc satis pro nunc dicta sint de cura apostematis vlceri ex defluxu humorum contingentis.

Cap. XI. De cura ostracata carnis,

seu callosa & dura.

Posita cura apostematis, de cura ostracata carnis agendum est. Curatio autē eius distinguitur secundum intensum & remissum duricie talis carnis: nam carnis ostracata alia est duricie intensæ, alia remissæ. Ea igitur quæ remissa est medicinis lenientibus, in quibus sit resolutio aliqualis curari & rectificari potest. Cæterum carnis duricie intensæ cura perficitur altero istorum modorum, videlicet incisione cū nouacula, aut cauterio, & si cauterio, aut cauterio actuali, aut potenciali, considerata primo anothomia loci, quia vbi esset timor de disruptione alicuius venæ, seu arteriæ & cōsimiliter de effusione sanguinis, eligēda potius esset carnis ostracata remotio per cauterium potentiale, quæ per incisionem cū nouacula, aut cauterio actuali, nam per cauteriū potentiale fit remotio carnis ostracata, & prohibitio effusionis sanguinis, si disruptio venæ, seu arteriæ fieri contingat, & quomodo modo considera. Præterea si talis caro ostracata se

DE CVRA VLCERVM.

ta secundum totā eius substantiam non fuisset
abscissa, applicatione incisionis, siue cauterij ac-
tualis, tunc maior fiet ab ægris abhominatio
reiterationis cauterij actualis, & incisionis cum
nouacula, q̄ potentialis, quare magis dilectum
apud me est cauterium potentiale, q̄ incisio, &
q̄ cauterium actuale. Medicamen per me plu-
ries expertum, quod pro efficacissimo habui a
patre meo. Re. lithargiri, lapidis hematitis, vitri-
oli romani añ. drach. ij. argenti sublimati. ʒ. ij. ʒ.
misc. Et pro pleniori notitia medicaminum in
casu valentium, recurras ad ea, quæ scribuntur
in de amputanda carne superflua eximta, siue
miræ quantitatis. Carnis vero duricie remissæ
curatio compleatur inferius dicendis, incipiēdo
primo a simplicibus, deinde gradatim procedē-
do ad composita, ex simplicibus, & primo ex
oleis, oleum liliorum alborum, oleum amygda-
larum dulcium, oleum de lumbricis, oleum vul-
pinum, oleum e granis sesami, sex olei, celsipus
humida ex mucilaginibus, mucilago althææ. s.
lini, fœnugraci, ex pinguedinibus & vnctuo-
sis, pinguedo gallinæ, anseris, vituli, bouis, cerui
& proprie medullæ eorum, & adeps hirci & asi-
ni, & rapacium. s. leonis, vrsi, leopardi, lupi, vul-
pis, & rapacium ex auibus. s. aquilæ, vulturis, et
similium, & meliora earum sunt, quæ sunt mi-
noris

AGN. BOLOGNINVS

noris antiquitatis, & exiccationis, & vehemētis
 oris hūiditatis. Ex cōpositis præparatis, vngue-
 entū basilicon, vnguentū diaqlon albū cū gū-
 mis, & sine gummis, vnguentū de medulla cru-
 ris vituli, vnguentum mollitiuum, vnguentum
 de muscilaginibus, ysopi cerotū, emplastrū bo-
 num pro remittēda duritie carnis ostracata du-
 ritiei remissæ, de farinis. s. lini, foenugraci, cepis
 lilij, pinguedine gallinæ, porci sine sale, ysopo
 humida, oleo lilij, chamemella, & medulla vitu-
 li. Aliud. R. medullę cruris vaccini, olei ro. om-
 phacini, cerę parū misce. Aliud R. medullę cru-
 ris vituli, mucillaginis. s. cotoniorū, tragacāthi,
 olei amygdalarū dulciū cū cera, & modico tea-
 rebinthinæ fiat vnguentū. Aliud R. cęsiপি humi-
 dæ, adipis anatis, gallinæ, cerui, mellis, añ. cerę
 q. s. Aliud. R. caput vnū castrati, semicōtritum,
 & in vino dulci decoquatur vsq; ad carnis dis-
 solutionē, & q̄ supnatauerit collige, & vsui re-
 serua. Aliud R. medullā cruris eq̄ bilitā in vino
 albo dulci, vt supra de capite castrati, collige et
 reserua. Aliud R. vnguenti de cerussa, medullę
 cruris vaccæ, adipis anatis, gallinæ añ.

Cap. XII. De cura carnis mollis.

Postquam de curatione ostracata carnis
 eloquuti fuimus, nunc de cura carnis mol-
 lis dicendum erit. Dicimus igitur, q̄ cum mol-
 licies

DE CVRA VLCERVVM.

licies carnis consequatur ad malam membri vlcerati complexionē, seu sanguinis delegati maliciā, aut vlceris insufficientem mundificationē q̄ pro eius curatione, si fuerit in causa mala cōplexio, corrigatur medicinis descriptis capitulo septimo huius partis nostræ practicæ. Si delegati sanguinis malicia, castigetur assignatis ca. vj. Si vlceris insufficientis mundificatio, mundificetur antidotis, quæ humiditatē extraneā, ad quā mollitio carnis consequitur exiccāt, & consumūt positis capitulo tertio, & quarto, & tertiodecimo in de amputanda carne superflua quantitatē pauca, huic artificiose supposito, nam ad carnis mollitiem, nisi prohibeatur carnis superadditio consequitur.

Cap. XIII. De Cura carnis superadditæ atque superflue.

Sicuti carnis creatio, & vlceris consolidatio actione naturæ fiunt, Ita & p̄ oppositū amputatio, & carnis superflue diminutio, de qua ad præsens agitur sermo noster, non fit actione naturæ, sed medicinarum applicatarum qualitate. Et ideo cum medicinæ tales sint diuersorum modorum, quia quædam debiles, quædam fortes, quædam magis fortes, ne ex earum applicatione contingat error, præmittendum

AGN. BOLOGNINVS

dum erit, q̄ diuersitas in applicanda medicina
 carnis diminutiua, sumitur penes diuersitatem
 quantitatis diminuendę carnis, necnon penes
 diuersitatem nobilitatis, seu senilitatis membri
 super quod cadit generatio carnis amputandę,
 vt in dura matre, & similibus, hoc premissis, si
 caro amputanda, siue diminuenda fuerit quan-
 titatis pauca, diminuatur medicinis his satis de-
 bilibus, videlicet alumine rochino vsto, permix-
 to cum bolo aut sine bolo, alumine zucharino
 & hermodactilis simul, tartaro, nucleis da ctilo
 rum vstis, cinere conchilium combustorum, cin-
 nere quercus, cinere ficus, borace, nuce candida
 sale & melle, aqua aluminosa cum sale, aqua ar-
 denti sola, aqua ardenti cum sulfure & sale, le-
 mine vrticę, serpentaria, vnguento apostolorum.
 Si vero caro amputanda fuerit quantitatis nota-
 bilis, amputetur medicinis satis fortibus, vtz
 radice, vel cinere vitis albę, radice asphodelo-
 rum, vitriolo romano, viridi gris, vnguento apo-
 stolorum fortificato cum viridi gris, vnguento
 egyptiaco, vnguentis viridibus vigoratis cum
 sale gemma, aqua rosata cum viride gris, aqua
 ardenti cum viridi gris: vt Re. aque ardentis. ʒ.
 ij. viridis gris, drach. ij. misce. Aqua mirabilis
 in remotione carnis superflue quantitatis nota-
 bilis. Re. argenti sublimati drach. ij. aluminis
 rochię

DE CVRA VLCERVVM.

rochini. 3. v. aquæ ro. siue plātaginis. 3. vj. misce
 & bulliant ad consumptionē quartæ partis. Si
 autem caro amputanda fuerit eximia, siue mirg
 quātītatis, amputetur medicinis prædictis forti
 oribus, videlicet trociscis calidiconis, trociscis
 ex alkali, & calce non extincta, permixta cum
 aqua in forma luti, & redacta ad formam trocis
 corum, puluere ex alumine zucharino, thure, &
 arsenico, & calce viua, puluere ex calce viua &
 melle simul malaxatis in modum pasta, & reda
 ctis ad formā magdaleonis, qui in pasta tritici
 reuoluatur, & in furno decoquatur aqua, p quā
 fit separatio auri ab argento, oleo de vitriolo, a
 qua rosa. in q argētū fuerit sublimatū dissolutū
 vnguento ex argento sublimato. 3. ij. 5. vngue
 to populeo. 3. j. puluere ex lithargiro, lapide he
 matitis, vitriolo romano, argēto sublimato par
 tibus æqualibus, expertum per me pluries. Rec.
 aquæ rosata, succi limonum añ. 3. ij. argenti sub
 limati. 3. iij. cerussæ. 3. ij. 5. misce & bulliant ad
 consumptionem quartæ partis. Aliud expertū
 Rec. salis, nitri, vitrioli romani, aluminis añ. 3. 5
 argenti sublimati. 3. ij. 5. aque plantaginis. 3. vj.
 aceti acris. 3. ij. misce & bulliant modo præscri
 pto. Idem sciendum, qđ loco medicinarū hoc
 tertio in loco descriptarum, ab aliquibus lauda
 tur, carnis superflua amputatio per cauterium
 Z actuale

ANG. BOLOGNINVS

aetuale, a nonnullis per incisionem, ab alijs per compositionem istorum duorum modorum ad inuicem, videlicet cauterij actualis, & incisionis in hunc modum, sumptis forficibus bene & notabiliter incidentibus, & in ignem positis usque ad rubificationem earum sic per illos, eo instrumento taliter preparato, caro amputanda amputatur, positis nonnullis causticis, quibus caro superaddita remoueri habeat. At pro eorum applicatione erudita, dicimus quod in remotione carnis superfluae utendum est potius medicinis, a mordicatione denudatis, quam quibuscunque alijs, nisi necessitate ductus, in qua necessitate adhuc meliores erunt & laudabiliores illae, quae erunt minoris mordicationis, praeterea notandum etiam, quod quam remota carnis superfluae mordicantia applicantur, limitio facta circum circa membrum in parte sana cum unguento defensiuo communi solo seu unguento populeo secum admixto, aut succis frigidis, ut plantaginis, solatri, semperuiuae, & his similibus multum iuuatiua est. Ex dictis iam clare demonstratum est, quis sit modus carnis superfluae curatiuus. Nunc autem ad curam serpiginis siue pruriginis accedamus.

Cap. XIII. De cura serpiginis, seu pruriginis in circuitu ulceris contingentis.

Cum

DE CVRA VLCERVM.

Cum non raro contingat, partes vlcera-
 rum circūadiacentes supficialiter vlcera-
 tis & paruis vlceribus, situsq; inordinati,
 cum earū partium punctione & arsurā, ex quibus
 vlceris cōsolidatio difficultatē cōsequitur, iō
 priusq̄ modus curatiuus prænominatæ disposi-
 tionis explicetur duo erunt præmittenda, & pri-
 mum q̄ talis dispositionis caussa potest esse in-
 trinseca, aut extrinseca. Intrinseca scđm pluri-
 mū, sanies ab vlcere resudans acuta mordicati-
 ua, cuius saniei materia dicitur cholera adusta,
 seu phlegma subtile cholerae adustæ admixtum
 locum vlcera-
 tum, & partes adiacentes inundans,
 & eas cōtingendo sui acuitate supficialiter vl-
 cerans. Extrinseca vero caussa vti calefacientiū
 appropinquatio magis q̄ dispositio vlcerosā &
 mēbri natura requirant humores in loco cōten-
 tos dissolucntiū & acuentiū, nec non anteceden-
 tē materiam ad locū attrahentiū. Scđo præmit-
 tendū, q̄ posita hac dispositione duo ad inuicē
 cōiungūtur, quorū quilibet necessario trahit ad
 se curam, videlicet mala cōplexio calida, & su-
 pficalis vlcera-
 tio. Dispositioni igitur huic suc-
 currendum diēta, cauendo a salis & ab acutis
 & potione materiam peccantem euacuatione,
 & hoc maxime, si caussa fuerit intrinseca.
 Item succurrendū in recenti serpigine locali-
 bus al-

ANG. BOLOGNINVS

bus alterantibus malam cōplexionem calidam
 & exiccantibus saniem subtilē ab vlcere super-
 ficiali resudantem, & secundum quod trahit ad
 se curam magis vna passio iam dictarum q̄ alte-
 ra, sic compositum antidotū in exiccatione præ-
 dominetur, seu in alteratione malæ complexio-
 nis calidæ, secundum prædominiū vnus istarū
 dispositionum super alteram. Et quia accōmo-
 data siccitas ad curationem vlcere non semp
 requisita stat cū frigido, quare ni mirum si cali-
 da cum frigidis in aliquibus dicendis admisce-
 mus, imo in tali dispositione consequitur multo
 tiens ex applicatione pure infrigidantiū, humo-
 ris constipatio, suæq; malæ caliditatis reacentra-
 tio, quæ postea est causa deterioris malignitatis
 ipsius morbi, de quorū alteratiuorū & exiccā-
 tium in recenti serpigine est linimentū ex lithar-
 giro, cerussa lota, oleo ro. cum aceto forti, confe-
 ctum in mortario plumbeo cū pistillo suo. Item
 vnguentū album cum aceto acri. Item aliud. &
 radicū lapathi, celidoniæ recentum añ. ʒ. i. alu-
 minis vsti, salis cōmunis añ. ʒ. iij. ʒ. cū axungia
 porci rancida & salita, & succo plantaginis fiat
 linimentum in mortario contritis conterendis.
 Certa autem experientia scio etiā ista in casu va-
 lere, quorū aliqua iuratiua sunt sui exiccatione
 alia exiccatione & stipticitate simul, videlicet
 olcum

DE CVRA VLCERVVM.

oleum de tartaro, oleum de frumento, oleum de vitellis ouorum, aqua maris, decoctio acetosa, aqua fabrorū, in quo ferrum extinguitur, aqua existens sub rota fabrorum vbi acuuntur ferramenta siue instrumenta. Vnguentū bonū p me cotidiana experientia comprobatum, quo patiens volis suis ambarum manuū locum serpiginosum, siue pruriginosum inungat, & taliter fricetur, donec vnguentū ingrediatur & imbibatur in membrorū substantiam, & quonāmodo tale vnguentum taliter administratum sit serpiginis curatiuum considera. ℞. axungia veteris ℥. iij. tartari thuris añ. ℥. ʒ. argēti viui extincti cū salua. ℥. ij. succi absinthij. q. s. misce & fiat vnguentū in mortario absq; igne. Itē aliud ℞. axungia porci. ℥. iij. aceti acris. ℥. ij. argēti viui. ℥. ij. ʒ. dissoluatur axūgia ad ignē, & buliat aliquātulū cū aceto, & p pannū coletur, & in mortario diu aceto cōteratur, & incorporetur, deinde adde vltimo argentū viuū cū salua extinctum & modo p̄fato locus serpiginosus etiā inūgatur. Itē aliud. ℞. sepi castrati, medullæ bouis añ. ℥. ij. succi saluix. ʒ. j. ʒ. argenti viui. ℥. ij. thuris. ʒ. vj. misce & fiat emplastrū absq; igne, mortificato prius argēto viuo cū aceto acri. Cōuenit etiā in inueterata serpigine pro eius cura, p̄habitis vniuersalibus, euacuatio materia cōtenta in

ANG. BOLOGNINVS

loco p scarificationē, ventosas scarificatas, saria
 guilugas, & p similia. Et dū necesse fuerit, cōue
 nit etiā aptio veng respiciētis locū tali serpigie
 infectum, vt si in coxis fuerit sapheng, si in bra
 chijs saluatellæ, & sic de alijs corporis partibus
 deinde ad localia iā dicta deuenire. Et hæc satis
 de cura serpiginis, siue pruriginis in circuitu vl
 ceris eueniētis dixisse sufficiāt. Quis autem sit
 verus modus corrosiōis curatiuis ex sequēti ca
 pitulo quisq; sufficienter intelligere poterit.

Cap. XV. De cura corrosionis.

Corrosio, quæ est dispositio, in qua humiditas terminās inter partes mēbri resoluatur, ita q; partes mēbri remanēt discōtinuitate absq; hoc, q; humiditas q; remanet in mēbro sic corrupta, cuius causa fore d'r cholera adusta, q; ppter sui acuitatē et adustionē fraudulentia adipsicitur, septē his instrumētis curetur quorū primū erit phibitiuū, ne materia faciēs corrosionē multiplicetur, sed'm erit minoratiuū materierū corrosiōis antecedentiū: tertiū erit diuersiuū materierū corrosionis defluentiū: quartū erit eductiuū ab vlcere, & a partibus vlceri proximis materig corrodetis: quintū erit remotiuū carnis corrosæ, in qua forte etiā malitia corrosiōis fundatur: sextū erit alteratiuū malæ cōplexionis calide derelictæ, partim ab humore corrode, partim

DE CURA VLCERVM.

tim a medicina caustica, qua mediãte facta fuit
remotio carnis corrosã: septimũ erit exiccatiuũ
supfluitatum in loco existentiũ. Primũ itaq; in-
strumentũ p̄ficiatur debito regimine in sex re-
bus nõ naturalib⁹ vergẽte ad frigidũ, & humi-
dũ. Scđm instrumentũ subministretur euacuati-
one facta p̄ secessum, educẽte cholera adustam,
p̄ quo recurras ad capitulũ de cura sanguinis
peccantis in cõplexione calida nimis supflua.
Tertiũ instrumentũ cõpleatur phlebotomia par-
tis opposita, eductiõẽ oĩ die supfluitatũ prię di-
gestionis cũ clisteri, vel suppositorio, si sponte
nõ educerẽtur. Et oĩ alio modo diuersionis ex
vẽtosis frictionibus, refrigeratiõẽ partis supio-
ris, cũ sup appositione medicinarũ frigidarum
stypticarũ, vt solani, plantaginis, materiã fluen-
tem ingrossantiũ, & vias & ductus p̄ quã fluit
materia constringentiũ, necnõ & membrũ con-
fortantiũ, vt a se materiã depellat, & nõ recipi-
at. Quartũ similiter instrumentũ perficitur edu-
cendo materiã cũ scarificatione vlc̄eris, & para-
tis circũ adiacentis seu applicatione sanguisu-
garũ sup membro. Quintum instrumentũ p̄fi-
ciatur cauterio a etuali cũ ferro ignito, siue pos-
tentiali cũ hoc. Re. argenti sublimati drach. ij. 5
vnguenti populei, vel dialtheæ (quod multum
acuitatem sublimati refringit) drach. j. misce.

Sextū instrumentū vnguento de minio vnguento de cerusa albo, vnguento de succo solatri, vnguento de tuthia, vnguento rubeo camphorato, & similibus. Septimū vero & vltimum instrumentum cōpleatur vnguentis predictis, siue cū hoc & melius. ℞. vnguenti de tuthia, vnguenti de calce. añ. ʒ. j. misce. seu cū hoc ℞. aluminis, fecis, aceti, pulueris gallarū añ. ptes. æquales. Valet præterea sua exiccatiōe, repercussione, & mēbri cōfortatione aqua plātaginis, siue vinū melitū decoctionis aluminis. Posita cura corrosiōnis, de cura putrefactionis dicendum est.

Cap. XVI. De Cura Putrefactionis.

QUum putrefactio in vlcere, quæ est corruptio substantiæ mēbri absq; eius dissolutione, consequatur ad corruptionē cōplexiōnis membri, seu ad prohibitionē aduentus spiritus ad membrum, ideo antequā ad curationē putrefactionis accedamus, cōnumeranda erunt a quibus membri complexio corrumpitur, & similiter, a quibus fit prohibitio aduentus spiritus ad membrum. Membri complexio corrumpitur in genere ab oī eo, quod sibi contrariatur quia quod corrumpitur, corrumpitur a suo contrario in specie, sicuti a saniei substantia, ab humoris transmissi ad vlcus malignitate, & venenositate, ab intēsa ab intrinseco, seu ab extrinseco eueniē

DE CVRA VLCERVM

eueniēti caliditate, frigiditate seu humiditate a
 venenosorū morſu, vt canis rabidi, ſcorpionis,
 vipæ & ſimiliū a venenatę ſagittę, ſiue rei alte
 rius veneno infeſtę diſruptiōe, ſiue punctura.
 Prohibitio aduentus ſpūs ad membrū vtiq; in
 gñe fit ab omni eo, qđ in vijs transitus, p quos
 deferuntur ſpiritus, opilationem inducit, ſicuti
 in ſpecie a materia incuneata, & conſtriſta, ſiue
 per cauſam primitiuam, ſiue antecedentē, ab im
 moderata frigiditate, a forti & exaſperata ſtri
 ctura, ſiue illaqueatione, a materię cōiunctę ex
 ceſſiua quantitate, ſeu multitudine; a materia cō
 iunctę groſſitie & viſcoſitate. Assignatis cau
 ſis tam in genere q̄ in ſpecie putrefactiōis in vl
 cere euenientis. tali quali modo dictū eſt. Nunc
 autē dicendū conſequēter, qđ cura putrefactio
 nis diſtinguitur ſecundū qđ ea putrefactio eſt
 de proximo futura, aut iam facta eſt, & quę iā
 facta eſt, aut ſecundum qđ eſt per ambulans &
 procedens ad partes vicinas corrumpendo per
 viam corruptionis cōplexionis mēbri, aut ſecū
 dum quod non eſt perambulans nec procedens
 partes vicinas corrumpendo ſaltē pro tempo
 re, ſed ſic in ſuo oſſe ſtans. Cura itaq; putrefacti
 onis, quę eſt de proxima futura perficiatur, ne
 talis putrefactio oēs grad⁹ ad putrefactionē ac
 quat, vt ſi in cauſſa fuerit ſaniei ſubſtantia, pſicia
 tur

ANG. BOLOGNINVS

tur antidotis descriptis, cap. iij. & .iiij. huius non
 stræ partis practicæ. Si in causa fuerit ab intrinseco
 seco seu ab extrinseco eueniēs caliditas, cura cō
 pleatur succo solatri, succo plātaginis, albumina
 ne oui cōquassato cū aqua ro. Si frigiditas de
 coctione chamemeli meliloti, & similiū. Si hu
 miditas, aqua cineris, aqua aluminis, emplastro
 ex farina ordei, orobi, fabarū, aqua cineris, aceto
 & melle, & alijs exiccatiuis fortiorib⁹ forte
 Si vero fuerit in causa humoris malignitas, &
 venenositas, seu rei alterius extrinsecæ venena
 tæ morsura, disruptio, siue pūctura, tūc talis ma
 lignitas & venenositas eradicetur & consuma
 tur, cauterio, seu scarificatione, appositione ven
 tolarū sup loco, suctione cū ore & alijs. Si ma
 teria incuncta & cōstrieta, relaxetur scarifica
 tione loci, & circūvicinæ partis. Si in causa fue
 rit fortis & exasperata ligatura, dissoluatur, & a
 tali desistatur. Si materiæ coniunctæ multitudo
 minoretur scarificatione, seu sanguisugarū ap
 positione. Si vero materiæ cōiunctæ viscositas
 & grossities fuerit in causa, tunc ipsius fiat sens
 sibus dissolutio scarificatione loci, & circūvicin
 æ partis. Cura vero putrefactiōis, que iā facta
 est, & nō pambulās, nec pcedēs ad partes vicin
 as corrūpēdo, saltē p tēpore, sed sic in suo esse
 stās cōpleatur abscissiōe putrefacti cū nouacuo
 la, seu

DE CVRA VLCERVVM

la, seu quouis alio modo corruptū abscindente,
 sumpta indicatiōe de p̄funda & sup̄ficiali ab-
 scissione, sc̄dm q̄ talis putrefactio magis & mi-
 nus in mēbro profundatur. Cura autē putrefa-
 ctiōis, q̄ est pambulās & procedēs in hunc mo-
 dū administratur, incisione corrupti iuxta sanū
 accipiēdo etiā de parte sana, & cōsequēter cau-
 sticatione residui, cū igne, & melius, aut medici-
 nis cauterizantibus, vt humidū extraneū in mē-
 bri substātia forte derelictū, q̄a non p̄ incisionē
 & amputationē totaliter remotū aptū partes vi-
 cinas sanas corrumpere & inficere consumatur
 & exiccetur, seu cū his, quæ in illan̄ humidita-
 tem extraneā exiccando & consumēdo caute-
 rio proportionātur, sicuti vitriolo romano, cal-
 ce viua, seu vnguēto tali. Re. vitrioli rubei. ʒ. x.
 aluminis drach. iiii. calcis viuæ drach. v. psidig
 drach. v. thuris drach. xj. gallarū drach. .j. ʒ. ce-
 re drach. xl. olei drach. vj. pinguedinis vituli. ʒ. ʒ.
 xl. incorporentur more vnguenti. Itē valet hoc
 aliud. Re. aquæ primæ. ʒ. x. calcis viuæ, argenti
 sublimati, aluminis añ. ʒ. j. misce & buliant si-
 mul ad ignē, donec ad substātiā densam deue-
 niat. Item etiā vnguentū egyptiacū, & similia.
 Hęc itaq̄ de cura putrefactionis & vniuersali-
 ter earum dispositionum, quę in vlceribus su-
 perueniunt, dicta sint.

Cap.

ANG. BOLOGNINVS

Cap. XVII. De cura corruptionis ossium.

Cum ad vlcera multotiens consequatur
 ossium corruptio, qua existente, vlcus in
 carne non potest sanari, nisi prius ossis corrup-
 tio eradicetur, ideo & rationabiliter, data prius
 vlcera cura in calce huius nostri libelli, cura
 tionem corruptionis ossium aggressus sum, nō
 distinguendo tamen putrefactionem a corro-
 sione, cum curatio, quæ perficitur postremo ar-
 tis medicæ instrumento, pro sui maiori parte pe-
 nes hæc non diuersificetur. Dico igitur, quod corrup-
 tionis ossium curatio distinguitur secundū,
 quod talis corruptio est de proximo futura, aut iam
 facta est, & secundū, quod est in osse magis & mi-
 nus profunda, aut magis & minus superficialis
 similiter secundum diuersitatē membrorum, in
 quibus fundata sunt ossa, vt in capite, dorso, co-
 xendicibus, iuncturis, & cōsimilibus. Scita hæc
 diuersitate, dicendum secundo, quod ossis cor-
 ruptio, quæ de pximo futura est, denotatur ex
 istorum præsentia, videlicet apostematis, natu-
 ræ inobedientis, doloris in loco, & cum perseue-
 rantia infestantis, coloris ossis naturalis, coloris
 liuidi, conditiones assumentis, carnis vlcera-
 in corruptionem tendentis, vlcera sub imperio
 anni se supponentis. Ossis corruptio quæ iam
 facta est, denotatur, quoniã secundum plurimū
 & qua

DE CVRA VLCERVVM.

& quasi semper, facta est ossis denudatio a pan-
niculo eum naturaliter cooperiente, quæ com-
prehenditur ex facili penetratione carnis & pa-
niculi vsq; ad ipsum os, tenta plumbea siue ar-
gentea mediante. Item caro, quæ super ipsum
existit os, facta est mollis, necnon sanies ab vl-
cere emanans est cū fœtore, & facta prætenuis.
Si igitur ossis corruptio fuerit futura de proxi-
mo curetur, ne omnes gradus ad corruptionem
acquirat, & hoc remotione suæ causæ facientis
talem corruptionem, circa quam fiat diligens
consideratio. Si autem ossis corruptio iam fa-
cta sit, & superficialis existat, eradicetur fricti-
one seu scalptura ipsius ossis corrupti, vsq; quo
peruenias ad vltimum corruptionis eius, cogni-
ta ossis corrupti eradicatione, dum eius fit fri-
ctio, q̄ sanguis ex eo egreditur. Si vero corrup-
tio profunda fuerit, abscindatur ipsum os cor-
ruptum, fricādo seu scalpando, & subsequenter
cum cauterio actuali cauterizādo, vt inde si qd
humidi fuerit extranei, non iam ex toto per fri-
ctionem remoti, apti particulas vicinas adhuc
inficere, exiccetur, & cōsumatur. Et si ossis cor-
ruptio profunda vsq; ad sui medullam compre-
hendatur, curetur ipsum os, malleo & scalpello,
seu alijs instrumentis conuenientibus, concavā-
do & remouēdo cum sui medulla. Si vero ossis
corru

ANGELVS BOLOGNINVS

corruptio fuerit vniuersalior, ita quod totum
 os sit corruptum serratura totius ossis destrua-
 tur. Si ossis corruptio existere videatur in capite,
 dorso, anchis siue iuncturis, aut membris no-
 bilibus propinquis, anihiletur medicinis com-
 plexionem ipsius ossis conseruantibus, & hu-
 midum corruptum & extraneum in ossis cor-
 rupti substantia contentum exiccantibus & cō-
 sumentibus, sicuti cum vnguento de agarico,
 cuius hæc fertur esse descriptio. Re. salis agar-
 rici, tartari añ fiat puluis, & cum melle vnguen-
 tum siue cum hoc alio. Re. aristolochiæ rotun-
 dæ, yreos, myrrha, aloes, corticis plantæ opopa-
 naxis, cambil adusti, scorix æris, corticis pini añ
 misce, & fiat puluis, seu cum melle vnguentum
 Item valet in casu radix dragonæ, betonica,
 radix peucedani puluerizata, radix vitis albæ
 cum vino emplastra, euforbium puluerisatum,
 vitriolum romanum, & similia. A nonnullis ve-
 ro fit humiditatis corruptæ in ossis substantia
 contentæ consumptio & resolutio medicinis
 his, quæ cauterio proportionantur, videlicet oleo
 feruenti, radice aspedelorum ignita valde, cum
 vino sulfure ignito, Aqua per quam fit separa-
 tio auri ab argento. Tu tamen de membri vice-
 rati nobilitate, & ad membra nobilia propin-
 quitate, & similiter de prædictorum medicami-
 num

DE CVRA VLCERVM.

num fortiori & debiliori potentia considera,
ne ex eorum applicatione in membro vlcerato
cadat error. Quot igitur sint impediencia cu-
rationē vlcerum, & quibus diuersis modis im-
pediant, & per quæ signa impediencia occulta
cognoscantur, quæ ad theoreticā pertinent curati-
onis vlcerū. Ad hæc aut quæ sint, & quot sint
ingenia auferentia præfata impediencia, quia
tria. s. potio, dieta, & chyrurgia, tam generaliter
in quadā summa, q̄ particulariter circa vnū
quodq; quod ad practicā attinet in hoc
nostro compendioso libello, qui de
cura vlcerum exteriorum inscri-
bitur, quæ est chyrurgiæ pars
sufficenter di-
ctum est.

Ang. Bolog. Libri de Cura vlcerum
F I N I S.

Sequitur liber de vnguentis

ANGELVS BOLOGNINVS

Francisco Caballo Brixienti ingenua-
rum artium, ac phisicæ facultatis,
eminentiss. fœlicitatem.

VT ueteres Scriptorum insequar mi Caballe su-
auiss. ac hippocraticæ facultatis specimē &
splendor, qui lucubrationes suas maximis uiris do-
ctrināq; præditis inscribebant, Eorum alij id agere so-
lebant, ut aliquid sibi promerentur, Alij ut iudiciū
de se sentirent, Alij ob alias causas: Sic & ego Ca-
balle amantissime opusculum hoc quaecumq; sit tibi
uiro clara uirtute, summa ingenij, memoriæq; fœlicita-
tate & gloria maximo ac prædito dedicare decreui,
ut amorem erga te meum firmum, incussum, & non
longa intercapedine abolitum recognoscas.

Rogo itaq; ut opusculum hoc, & me, tuo
numine tueri uelis, Egrederere igitur
audaciter libelle mitā
to fœlix auspicio
Vale.

Vincentius Ferealdus Brixientis.
Qui magnis adhibere cupit medicamina morbis
Sæpius Angelicum perlegat istud opus.

ANGE



ANGELI

BOLOGNINI LIBER DE VN

guentis, quæ communis habet vsus

practicantium hodiernus in

solutæ cōtinuitatis me-

delæ, septē habens

capitula.

*Cap. I. & est prologus in quo po-
nitur intentio huius libri.*

CUm in florentissimo Bononiensi studio, a Senatu Bononiensium stipendio adductus fu-
erim, vt Chyrurgiæ Principis
lectiones non pauca schola-
sticorum multitudini publice
profiterer. Eorum, & doctorū quidem, maior
pars ingeminatis in dies precibus, vt quæ vn-
guenta communis habeat vsus practicantiū ho-
diernus in solutæ cōtinuitatis medelæ. Et quo-
nam modo & via ea vnguenta, solutis continu-
itatibus applicata in illis operationes a medico
intentas inferant. Deinde in quo tempore solu-
tis cōtinuitatibus applicanda sunt. Postmodū
quonā modo & quo in loco applicari habeant.

Aa

Adhuc

Adhuc quanto tempore in eorum applicatione
 continuandum erit. Ultimo eorum descriptio-
 nem & componendi modum. Describere velle
 & eis ceteræq; studiosæ iuuentutæ imprimi cu-
 rarem sapissime me efflagitavit. Assiduis igitur
 eorum debitis ac precibus non obtēperare ar-
 bitratus ingratisimū, his paucis non omnia sed
 quæ oportuniōra & meliora ad rem visa sunt
 dicens parco contentus.

Cap. II. cōtinet quot & quæ sint unguenta,
 quæ sunt in cōmuni practicantiū usu in
 uniuersali & sub quadā summa.

Vnguētōrū q̄ sunt in cōmuni practicantiū
 usu, p̄ curādis solutis cōtinuitatib⁹. Quæ
 dā sunt q̄ plurib⁹ mēbris. Quæ dā q̄ plurib⁹ so-
 lutis cōtinuitatibus sunt cōia. Alia q̄ vni deter-
 minato mēbro. Non nulla vni soluti cōtinuitati
 tm̄ sunt pp̄ria. Quæ plurib⁹ mēbris pluribusq;
 solutis cōtinuitatibus sunt cōia. Dicuntur esse
 hęc, vcz vnguēta defensiua, vnguenta digestiua
 vnguēta mundificatiua, q̄ vnguenta non magis
 vni particulari mēbro determinato q̄ alteri. Et
 similiter non magis vni particulari solutę cōti-
 nuitati determinatæ q̄ alteri sunt app̄riata nec
 p̄ illis principaliter inuenta, ideo in hac parte
 cōia dicuntur. Quæ vni membro determinato
 sunt pp̄ria, siue illi app̄riata sunt vnguenta

DE VNGVENTIS.

capitula, quæ pro curandis solutis continuitatibus in capite tantum contingentibus principaliter fuerunt inuenta. Quæ vni solutæ continuitati similiter sunt propria & appropriata, sunt vngueta Mercurialia, quæ vtiq; pro curanda vlcera quadam scabie miro quodam modo reperta sunt.

Ca. III. in quo continetur de unguentis defensiuis.

A Cõioribus rationabiliter incipiens tanquam notioribus. De vnguētis defensiuis dicendum, quorū officiū & opatio est quū frigidis & stypticis sint cõposita. Frigiditate sua & stypticitate sanguinē fluentē & humores admixtos sanguini, cõgelare, cõdensare, & ingrossare, & sic ex eorum tali acquisita substantia, ineptos fluxui reddere, nec non substantiā mēbri patientis inspissare, porositateq; ipsius constringere, caliditatē eius attractiuā refringere, virtutes mēbri laxi vnire. Et vnitas fortiores in suis operationib; reddere, vtz in expellendo maxime. Et sic ex his defluentes humores loco soluto copulari prohibere. Virtus. n. vnita fortior est se ipsa dispersa, quod idem est omnis potentia manens impartibilis maior est. Humorib; itaq; in fluxu seu de proximo influere existentibus, applicentur defensiua in parte sana, videlicet ea parte quæ existit viæ & duct; p quos defluunt humores & spirit; ad locū lesum. Quib; defensiuis cõtinuandum

ANG. BOLOGNINVS

nuandum erit donec & vsq; humorū defluxus
 cessauerit, quod comprahēdi poterit priuati-
 one doloris. Delitescētia tumoris (si apparue-
 rint) bonitate saniei in substantia & qualitate,
 ipsiusq; proportionata vlceri quantitate, quorū
 plurimæ describentur formæ, quarū prima for-
 ma erit vnguenti defensiui cōmunis quæ talis
 est. Re. olei ro. vnc. j. 5. myrtini vnc. 5. ceræ al-
 bæ drach. vj. b. p. boli ar. vnc. 5. sanguinis dra-
 conis, terræ sigillatæ añ .3. j. 5. Conterendorum
 vnumquodq; per se primo, subsequenter cōmi-
 xta in vnum in mortario subtilissime conteran-
 tur (et non ab re dum dicitur vnguentum sub-
 tile & emplastrum grossum) & per setonē subti-
 lem transmittantur, dissolutaq; cera in oleis ad
 ignē lentum & fere infrigidatis dentur pulue-
 res ducendo tale cōmixtum continue baculo,
 vsq; ad vltimā infrigidationē. Vltimo in aqua
 rosata, seu a ceto rosato infundatur & abluatur.
 Tale autē defensiuum sub tali forma admini-
 stratum, consuetū est non remutari nisi de tertia
 in tertiā diē, applicando ipsum eo modo & lo-
 co quibus supra. Solet præterea a quibusdam
 pro vnguento defensiuo cōmuni & alijs vngu-
 entis defensiuis particularibus in nonnullis par-
 ticulis humani corporis (licet in omnibus etiā)
 linimentū vnguento suprascripto proportiona-
 tum

DE VNGVENTIS.

tum administrari. Cū non in illis particulis ac-
 cōmodate vnguentum administrari possit, cu-
 ius forma erit hęc. Re. olei ro. ʒ. ij. boliar. ʒ. j.
 aceti drach. j. misce, & in mortario tale aggrega-
 tum ducatur, factaq; eorū simplicium ad inuicē
 bona permixtione, eo linimento partes circum
 stantes vulneri siue vlceri spatium triū digitorū
 illinantur. Cooperta prius tamen solutione con-
 tinui tentis, licinijs, seu faldellis & petijs empla-
 stratis vnguento seu vnguentis solutæ continu-
 itati illo tunc tempore conuenientibus & op-
 portunis. Quæ linitio omni tempore medelæ
 præstitæ reiteranda est. Ab alijs vero tempore
 magni æstus & caloris, seu infirmorum inopia
 loco vnguenti defensiui & similiter linimenti
 de quib⁹ supra, subministrantur nōnullæ defen-
 suorum formæ, sub forma embrocæ. Quarum
 prima erit hęc Re. succi solatri partes duas plā-
 taginis partē vnā, aceti parū misce. Infusa pe-
 tia vna in tali aggregato & aliquantulum expressa
 partes circumstantes solutæ continuitati embro-
 centur, & extensa supra membrum vsq; ad tem-
 pus mutationi congruum permittatur. Et iterū
 imbibita in tali medicamento applicetur. Coo-
 perta prius soluta continuitate tentis, faldellis,
 vt supra habitum est. Alia forma Rec. aquæ ro-
 satæ. ʒ. iij. aceti. ʒ. ʒ. misce, & applicetur vt supra

Alij aliter defensiua loco & tempore quibus supra applicanda applicant, & hoc modo tali, videlicet loco ex oleo ro. circumquaq; inuncto eidem pulueres sanguinis draconis, & boli armeni hinc inde super aspergunt & eorum digitis non valde comprimentibus predictos pulueres leniunt & dissoluunt.

Capitulum. IIII. In quo tractatur de unguentis digestiuis.

DEScriptis nonnullis in defensiuorū materiis, de quibus in prohemio nos declaratos esse diximus. Nunc de unguentis digestiuis dicendū, quorū officiū & operatio est, tā in vulneribus, q̄ in vlceribus indigestis & crudis, sui caliditate cū humiditate & vntuositate permixta, præparare ad expulsionē, caliditate digestiuā vigorando (multiplicato calore naturali) & humiditate & vntuositate disponendo ad alterationē similem illi quæ fit in generatione saniei cū putrefactione permixta molliendo & leniendo. In vulneribus dico sanguinem & superfluitates admixtas sanguini, congelatū seu constrictum in extremitatibus venarum notabilium, & capillariū partium solutarum, & in locis proximis ambientibus ipsam solutam cōtinuitatem. Quæ sanguinis congelatio & constrictio cōsequuta fuit, applicatione albuminis oui,

DE VNGVENTIS.

oui, siue frigiditate aeris circundantis, seu alia de causa. Et similiter præparant ad expulsionem superfluitates quæ aggregantur in loco, partim per viam defluxus, virtute expulsiua forti membrorum potentium suas superfluitates ad membrum debile expellere, partim p viam congeſtionis, virtute digestiua & expulsiua debili membri patientis. In vlcerationibus vero crudis & indigestis præparant ad expulsionem humores digestionis rebelles sui cruditate. Et thereoginitate seu forte multitudine. Existentibus igitur vulnere in sua secunda siue tertia die vlceratione indigesta & cruda in suo tempore applicentur digestiua replendo vulnus siue vlcus tentis faldellis seu licinijs & petijs in ipso digestiuo intinctis. Quibus digestiuis procedendum erit in eorum administratione donec & vsq; quo tibi visum fuerit sanies ex ipsa soluta continuitate proportionata resudari. Quæ vt plurimum in vulneribus hyemis tempore sextam siue septimam, in æstate quintam siue sextam diem insequitur. In vlcerationibus vero procedendum donec præ cæteris dolor & tumor delituerint cum præsentia saniei laudabilis in substantia & quantitate, quorum digestiuorum plurimæ describentur formæ, quarum prima erit vnguenti digestiui communis, quæ talis est.

ANG. BOLOGNINVS

Re. vitellorū ouorū, numero. j. olei ro. ʒ. j. misce. Alia forma. R. terebinthinæ. ʒ. j. ʒ. vitellorū ouorū numero. q. olei ro. vnc. ʒ. misce. huic cōposito potes addere parū croci, si placet, & erit magis in suis operatiōibus efficax, & in sedatione doloris præstans. Alia forma. R. terebinthinæ lotę vnc. ij. vitellorum ouorum numero. ij. croci. ʒ. ʒ. olei ro. vnc. ʒ. farinæ ordeī. q. s. vt bonæ formæ et compositionis reddatur. Alia forma magistralis. Re. axungia porci liquefacta siue butyri vnc. j. ʒ. ceræ albæ terebinthinę añ vn. ʒ. croci serup. ʒ. dissolutis axungia siue butyro & cera simul & vltimo terebinthina & quasi infrigidatis detur crocus & ducatur aggregatum ex his baculo donec ad vltimam infrigidationem deueniat. Item alia forma satis mihi domestica in vlcerib⁹, & in vulnerib⁹ etiā a tertia siue. iij. die, citrā administrāda cū hūiditate & vinctuositate exiccatiōi pmixta participet. R. vnguenti basiliconis serapionis. ʒ. j. dialtheæ. ʒ. ʒ. misce.

Cap. V. in quo tractatur De Vnguentis

mundificatiuis.

CVm vnguenta mundificatiua ea denomīanda sint, quę solutas continuitates mūdas reddunt. Ea propter non immerito hoc in loco dicēdū esse puto. Mūdificatiuū tripliciter sumi posse videlicet large, stricte & strictissime. Si lar

DE VNGVENTIS.

Si large sumatur sic omnia vnguenta quae habent mundare solutas continuitates siue mundent eas a sanie, crustis escaris, siue squamis, carne molli carne putrida, carne ostracata, & sic de alijs mundificatiua dici poterunt. Si autem stricte sumatur mundificatio ex vnguentis celebrata proprie solute continuitati vlcerosae tantum competat. Sic ea dici poterunt mundificatiua stricte quae habent ipsum vlcus mundare ab altera duarum superfluitatum solutas continuitates vlcerosas insequentium. Ex quarum praesentia tale vlcus interdum sortitur denominationem, ut a sanie subtili quae vlcus virulentum denominatur, seu a sanie grossa quae vlcus sordidum. Si strictissime sic ea vnguenta quae habent mundare solutas continuitates vlcerosas a suis proprijs superfluitatibus simul & collectivae ut; a sanie subtili & grossa simul quae duae superfluitates secundum plurimum solutas continuitates vlcerosas insequuntur. Non contra hentes tamen tale vlcus ad aliquam differentiam determinatam mundificatiua strictissime denominanda sunt. Data hac mundificatiuorum distinctione. De mundificatiuis strictissime sumptis, de quibus in hac parte principaliter fit sermo noster, subsequenter de sumptis stricte, ultimo de sumptis large dicendum erit. Officium itaque & operatio vnguentorum mundificatiuorum est solutas

continuitates mundas reddere, Et cum in soluti-
 tis continuitatibus vlceratis, vt supra dictū est,
 duæ superfluitates inueniri soleant, vna subtilis:
 altera grossa. Subtilis quæ exiccātibus curatur.
 Grossa quæ attenuātibus & dissoluētibus, hoc
 est abstergentibus: Quapropter mundificatiuū
 strictissime sumptum ex exiccātibus & abster-
 gentibus simul & collectiue componi habeat.
 Apparēte itaq; in vlcere sanie subtili & grossa
 repleatur vlcus tentis, lichinijs, seu faldellis em-
 plastris vnguento mundificatiuo ipsis supflui-
 tatibus proportionato secundum prædominiū
 vnius superfluitatis super alterā. Quibus con-
 tinuandum erit donec locus mundificatus fue-
 rit q; nō falso comprehendere poteris, dum sa-
 niei diminuta quātitas ipsiusq; in substantia &
 qualitate perfecta laudabilitas affuerint, quorū
 plurimæ annotabuntur formæ, quarum prima
 erit hæc: Re. terebinthinæ. ℥. ij. mellis rosati co-
 lati. ℥. j. myrrhæ drach. j. thuris sarcocollæ añ.
 drach. ij. Vnumquodq; eorum quæ conterēda
 sunt in mortario per se primo, subsequenter cō-
 mixtis in vnum subtilissime conterantur. Fa-
 ctæq; deinde bona permixtione adinuicē mele-
 lis & terebinthinæ in cazola ad ignem lentum.
 Et ab igne depositis & pene infrigidatis dene-
 tur pulueres ducendo tale commixtum baculo
 vsq;

DE VNGVENTIS.

vsq; ad vltimam in frigidationem. Alia forma.

Re. vnguenti raxini vnc. ij. mellis rosati colati
vnc. j. dissoluto vnguento in cazola ad ignē len-
tum & addito melle ducendo ea baculo, fiat il-
lorum adinuicē perfecta mixtio. Alia forma &
dicitur vnguentum de dialthæa patris mei.

Re. terebinthinæ vnguenti dialthegæ añ. vnc. j.
cera, resinæ pini añ. drach. v. scrup. j. butiri, bo-
li armeni añ. vnc. j. s. floris æris drach. j. s. mi-
sce. Alia forma. Re. vnguenti basiliconis vnc.
ij. mellis ro. co. vnc. j. fiat eo modo quo supra.

Et hæc pauca ex vnguentis mundificatiuis stri-
ctissime sumptis connumerata sufficiant.

Nunc ex vnguentis mundificatiuis sumptis
strictè nonnulla connumeranda erunt. Quorū
aliqua erunt consumptiua saniei subtilis. Alia
dissolutiua & attenuatiua saniei grossæ, hoc est
absterliua, Et eorum quæ erunt consumptiua
saniei subtilis, Alia erunt ad caliditatem decli-
nantiæ, Alia ad frigiditatem. Quæ vero erunt
consumptiua saniei subtilis, & ad caliditatem
declinantiæ, eorum prima forma erit hæc, & di-
citur vnguentū resinatum. Re. resinæ pini tere-
binthinæ cere citrinæ olei cōis añ. vnc. iij. disso-
luta cera, & resina, & oleo & vltimo terebinthi-
na in cazola ad ignē lentum & colatis p setariū infri-

ANG. BOLOGNINVS

infrigidari permittatur & vsui seruetur. Alia
 forma & dicitur vnguentum basilicon maius,
 siue vasilicon, seu imperiale, siue macedonicū.
 Re. ceræ albæ. ℥. ij. resinæ, pini terebinthinæ añ.
 ℥. ʒ. sepi vaccini, pici naualis, thuris myrrhæ añ
 drach. ij. ꝑ. ij. olei cōmunis. ℥. iiij. Quæ sunt con
 terenda primo per se subsequenter simul, & in
 vnū in mortario conterantur, deinde in cazola
 ad ignē lentum oleum, sepum, ceram, resinā, vlti
 mo terebinthinā, subsequenter picē imposito,
 & omnibus dissolutis & colatis per petiam siue
 setarium & fere infrigidatis dentur pulueres et
 cum baculo tale aggregatū tam diu ducito do
 nec infrigidetur. Alia forma & dicitur vnguen
 tum aureum. Re. ceræ nouæ, vnc. j. olei cōmunis
 ℥. iiij. terebinthinæ. ℥. ʒ. picis grecæ. ʒ. ij. thuris
 mastiches añ drach. j. ꝑ. j. croci. ꝑ. ʒ. subtilissime
 puluerizetur mastiche, pix, & thus. Vnūquod
 q̄ istorum per se primo, subsequenter mixtis in
 vnū in mortario, & dissoluta cera in oleo & vlti
 mo terebinthina, & pene infrigidatis dentur
 pulueres, subsequenter crocus, ducendo tale cō
 mixtum baculo, donec eorū simplicium fiat p̄
 fe cta mixtio, & tandem vltimata infrigidatio.
 Quæ autē erunt saniei subtilis consumptiua si
 ue exiccatiua, & ad frigidum vergentia, eorum
 forma prima erit hæc, & dicitur vnguentum de
 cerussa

DE VNGVENTIS.

cerussa album. Re. olei ro. cerussæ puluerisatæ
 per setarium añ. ʒ. ij. ceræ albæ. ʒ. vj. Dissoluta
 cera in oleo in cazola ad ignem lentum & ab
 igne depositis, & quasi in frigidatis, pone ceru-
 sam puluerisatam, & vltimo lauetur cū aqua ro.
 Alia forma. Re. olei ro. cerussæ puluerisatæ per
 setarium ceræ albæ añ. ʒ. j. fiat eo modo quo su-
 pra, præter q̄ non lauetur cum aqua ro. nec; re-
 alia. Alia forma. Re. olei ro. cerussæ puluerisatæ
 vt supra, ceræ albæ terebinthinæ añ. ʒ. ij. Dissol-
 uatur cera in oleo, deinde terebinthina quibus
 dissolutis, & quasi in frigidatis, adde cerussam,
 & vsui reserua. Alia forma. Re. ceræ albæ olei
 ro. cerussæ puluerisatæ per setariū terebinthinæ,
 añ. ʒ. ij. minij. ʒ. j. ʒ. ʒ. dissoluta cera in oleo, & vlti-
 mo terebinthina & pene frigidatis adde cerus-
 sam & miniū commixtis in vnum, & ducatur
 tale aggregatum baculo donec vltimate infri-
 gidetur. Alia forma & dicitur vnguentum de
 plumbo per me saturninum. Re. antimonij ce-
 russa añ. ʒ. ʒ. plumbi vsi lithargiri, terebinthinæ
 añ. ʒ. j. olei ro. vnc. ij. ceræ albæ vnc. j. ʒ. Quæ
 sunt conterenda subtiliter eo modo quo supra
 contere & per setarium subtiliter cribra, dissolu-
 taq; cera in oleo & vltimo terebinthina, quibus
 dissolutis, & pene frigidatis dentur pulueres, et
 ducatur tale aggregatum baculo, donec eorum
 fiat

AGN. BOLOGNINVS

fiat perfecta mixtio & vltimata infrigidatio.
 Alia forma & dicitur vnguentū de tuthia siue
 diapomphilicon. Re. olei ro. ceræ albæ añ. ʒ. v.
 succi granorū, solatri vnc. iiij. cerussæ lotæ. ʒ. ij.
 plumbi vsti, tuthiæ præparatæ añ. ʒ. j. thuris. ʒ. ʒ.
 quæ sunt terenda in mortario, subtiliter tere eo
 modo quo supra & p̄ subtilem setariū transmi
 tantur, dissolutaq; cera in oleo & quasi infrigida
 datis dentur pulueres ducendo tale aggregatū
 baculo, donec vltimate infrigidetur: postremo
 ponatur tale vnguentū in mortario cum succo
 solatri, & tā diu cū pistillo ducatur, donec succi
 & vnguenti adinuicē fiat p̄fecta vnio & incor
 poratio & vsui seruetur, Et q̄a multotiens acci
 dit applicatione iā dictorū vnguentorū & alio
 rum similiū: licet hæc ad frigidum & siccū sit
 vergentia, in solutis continuitatibus caro mole
 lis generari ex eorū substantia vnctiuosa & ole
 aginosa remolliente partis vlceratæ substantiā,
 ideo hoc in loco dignū mihi esse videtur nōnul
 la vnguēta enumerare, vt ab errore præfato tue
 aris, quorū substantia nō ita oleaginosa & vn
 ctiuosa existit, immo in substantia quasi ceratis
 simillima est, & eorum prima forma erit vngu
 entum de minio, cuius descriptio talis est. Re.
 olei ro. siue communis terebinthinæ añ. ʒ. ij. ce
 ræ citrinæ. ʒ. iiij. minij vnc. vj. subtiliato minio
 in mor

DE VNGVENTIS.

In mortario & per setarium transmissio dissolu-
tisq; cera & ultimo terebinthina in oleo ad igne
nē & fere his tribus in frigidatis & p petiā co-
latis detur minium, ducendo tale aggregatum
baculo vsq; ad in frigidationem vltimam. Alia
forma vnguenti substantiæ tenētis medium in-
ter molle seu oleagineum & durū siue terrestre
& dicitur vnguentū de cerussa coctum. Re. ce-
russa puluerisata p setariū ceræ albissimæ añ. ʒ.
.ʒ. olei cōis drach. iij. terebinthinæ drach. .j. disso-
luta cera in oleo, & vltimo terebinthina in ca-
zola ad lentum ignem, & ab igne depositis, &
quali in frigidatis detur cerussa, vltio vero loco
manibus in aqua ro. infulis malaxetur & vsui
tuo reseruetur. Alia forma vnguenti p̄fate
substantiæ alijs qbuscūq; eiusdē tñ ratiōis p̄gua-
lens & dicitur vnguentū nigrū descriptione pa-
tris mei. Re. cerussę puluerisatę p setariū, lithar-
giri puluerisati subtiliter añ. ʒ. .j. ʒ. cerę citrinę
ʒ. ʒ. olei cōmunis. ʒ. iij. ʒ. Positis cera & oleo
in cazia vna capacitatis satis magnę ad flam-
mā ignis lignorum & non carbonum, & tā diu
teneantur super ea donec illa notabiliter ferue-
ant, & subsequenter ponantur in illis feruenti-
bus cerussa, & lithargirum, & ducantur conti-
nue baculo, ea feruendo ne fundo cazię adhe-
reant, & intantum bulliant vsq; quo tale aggregatum

AGN. BOLOGNINVS

gatum ad colorem liuidum deueniat, & tunc subito ponatur gutta vna ipsius aggregati super marmore aut ferro seu re alia frigida & infrigidari permittatur. Infrigidata considerare habebas vtrum, talis gutta sit substantiæ mollis & oleaginosa, siue dura & terrestris, seu inter ista duotenus medium, videlicet inter molle & oleaginosum, siue durum & terrestre. Si vero extiterit substantiæ tenentis medium inter illa duo iam dicta, tunc tamdiu tale aggregatum ferueat, donec ad colorem nigrum deueniat. Si substantiæ dura & terrestris fuerit, tunc detur aliquantulum de oleo, & tanto tempore buliat donec prædictam substantiã & colorẽ assumat superaddendo de oleo bis siue ter & forte pluries secundum opportunitatẽ. Pamen consilium meum est circa hoc quod, esto magis parcus in effundendo oleum, quã abundans. Melius est reiterare vices olei, quã indebitã quantitatem infundere. Si autẽ substantiæ mollis & oleaginosa affuerit, tunc tamdiu ferueat, donec colorem nigrum, & substantiam inter illa duo iam dicta, tenentẽ medium, attingat. Quæ vero erunt saniei grossa attenuatiua & dissolutiua, hoc est absteriua. Eorũ prima forma erit vnguenti mundificatiui de melle cuius descriptio talis est: Re. mellis rosati. ʒ. j. iris subtilissime puluerisati drach. ij. misce. Alia forma

DE VNGVENTIS.

forma & erit vnguenti mundificatiui de succo
 apij. Re. terebinthinæ. vnc. ij. mellis rosati cola-
 ti. vnc. j. s. succi apij vnc. j. farinæ ordeï. q. s. Fiat
 in cazola ad lentū ignē perfecta mixtio mellis
 terebinthinæ, & succi ad inuicē, & in fine adde
 tantundē farinæ ordeï donec ad formā vnguēti
 extensibilis deueniat. Alia forma & erit vnguē
 ti mundificatiui de succo absinthij. Quæ fit eo-
 dē modo quo fit vnguentum de succo apij, sint
 hæc (de vnguentis mundificatiuis sumpris stri-
 ctè) dicta satis. De vnguentis modo mundifica-
 tiuis large, nōnulla assignanda erunt. Quorum
 prima forma erit vnguenti mundificatiui solu-
 tæ continuitatis, vlcera tæ a carne molli, nō iam
 habente aliquē putrefactionis gradū. Sed bene
 de proximo ad putrefactionē disposita, & tale
 dicitur vnguentum apostolorum seu venereum
 cuius descriptio talis est. Rec. ceræ albæ, resinæ
 pini, armoniaci añ. drach. xiiij. opopanacis flo-
 ris aris añ. drach. ij. aristolochiæ longæ, thuris,
 bdellij añ. drach. vj. mirrhæ galbani. añ. 3. iiij.
 lithargiri vnciam. j. olei communis libram vnā.
 Quæ sunt puluerifanda primo serosum & diui-
 sim puluerifentur subtiliter. Subsequenter com-
 mixtis in vnum, deinde dissolutis in oleo ad ig-
 nem lentū, resina & cera per setarium colatis &
 quasi infrigidatis dentur predicti pulueres, eos

Bb in simul

A N G. T B O L O G N I N V S

in simul permiscendo. Postmodum addantur
gummi preparata preparatione qua preparari
solent. Ultimo incessanter tale aggregatum bac
culo ducatur & in frigidari permittatur. Alia
forma consimilis præfatæ in operationibus, &
dicitur vnguentum damascenum. Rec. vnguētū
refinati vnc. j. floris gris. ℥. j. Dissoluto vnguēto
in cazola ad ignem lentum & ab igne depo
sito & pene in frigidato detur flos gris, ducēdo
tale aggregatum baculo, donec eorum fiat inse
parata mixtio & tandem vltima in frigidatio.
Forma vna vnguēti mundificatiui solutæ con
tinuitatis vlceratæ a carne iam habente gradum
cōfirmatū. Immo gradus corruptionis & putre
factionis. Quod vnguētū, vt quidam aiunt, &
ego cum eis, prohibet ambulationē, facit cadere
q̄ est putrefactum & seruat illud quod sequit
tur ipsum. Tale vero vnguentum ægyptiacum
denominatur, cuius descriptio. Re. mellis cru
di aceti aris, aluminis rochini, floris aris añ.
vnciam vnā, puluerisanda subtiliter in mor
tario pulueriscentur, vt supra de alijs Subsequen
ter omnia in mortario ducantur donec corū fiat
mixtio condecens, deinde ponantur in cazola
ad ignem lentum, ducendo cum spatula tale ag
gregatum, & separando illud a parietibus cazo
læ comburatur, & tā diu bulliat donec ad cor
lorem

DE VNGVENTIS.

lorem rubrū, & similiter ad substantiā densam
 & nullo modo raram et fluxilem deueniat. Si. n.
 tale aggregatum esset substantię rare & fluxilis
 duo non opportuna in eius administratione cō-
 tingerent, vnum quod in eo solute continuitati
 applicito, in spatio temporis minimi ad actum
 fluxilitatis reduceretur. Et sic in ea tam paruo
 tempore non operationes a medico exoptatas
 inferret. Aliud quum de ratione grauis & terre-
 stris sit inferiora petere (conseruato eo vnguen-
 to in aliquo vase) Alumen, mel, & flos æris, tāq̃
 terrestria grauia et grossa ipsi⁹ vasis fundū pete-
 rēt, Acetū vero & maxie ipsius aceti substantia
 subtilis superficiē. Quare dum crederes tale ag-
 gregatū administrare, tantūmodo per te acetū
 administraretur. Derelicta basi & radice ipsius
 aggregati quia melle, alumine, & flore æris, nisi
 per te prius eorum permixtio fieret. His vero
 rationibus moti, confirmamus eius substantiam
 densam & terrestre vtiliore & magis collaudan-
 dam fore. Forma vna vnguenti mundificatiui
 solute continuitatis vlcera a carne ostracata,
 callosa, & dura, quod vnguentū diaberich a qui-
 busdā denotatur. Per me martiale, cuius descrip-
 tio talis est. ℞. argēti sublimati, vnguenti populei
 seu dialthee, quę dialthea multum acuitatē sub-
 limati refringit añ partes equales quo ad oculū

ANG. BOLOGNINVS

conteratur subtiliter sublimatū in mortario, sub
 sequēter addatur vnguentū dialtheæ, seu popu-
 leum & tam diu simul conterantur don ec corū
 fiat mixtio concedens, & hæc satis, ex vnguen-
 tis quæ pluribus mēbris pluribusq; solutis cōti-
 nuitatibus sunt cōmunia. Nunc autē tra ctandū
 erit de vnguentis, quæ vni determinato mēbro,
 & similiter de illis, quæ vni solutæ continuitati
 tantū sunt propria, & primo de illis quæ vni de-
 terminato mēbro sunt propria siue appropriata
 Et anteq̄ ad ea deueniamus ne ab enumeratio-
 ne vnguentorū malam cōplexionē remittentiū
 & similiter vnguentorum carnē generantium,
 & vnguentorum incarnantium, & vnguentorū
 cicatrizantium defecisse videar. Dicatur q̄ pro
 vnguentis malam cōplexionē remittentibus re-
 curratur ad ea, quæ de vnguentis mūdificatiuis
 saniei subtilis scripta sunt, p̄ vnguētis vero sua
 primaria intentione carnē generantibus, & pro
 vnguentis incarnantibus, & pro vnguentis ci-
 catrizantibus, cum mundificationis tempore et
 in actu mundificandi sæpe cōtingat, præter me-
 dici intensiōē & medicaminis applicati virtu-
 alem operationē in vna parte solutæ continua-
 tis vlcerate caro generari, in alia cicatrizari, in
 altera mundificari. Quapropter in attenta con-
 sideratione horum effectuum diu permanens
 arbitra

DE VNGVENTIS.

arbitratus sum has operationes a cōtione naturæ fieri, remotis tamen impedimentis, vt tota medicorum schola tenet, & adhuc a continuissima, et frequenti illorum effectuum consideratione nō deficiēs, & circa magis mihi necessaria pro nūc occupatus, his de caussis dicatur ab enumeratione vnguētōrū iā dictōrū nunc supersedēdū esse.

Cap. VI. in quo tractatur De unguentis capitalibus.

Non possum nō admirari, quū priores posteriorēscq; medici huius antiquæ, certæ, & non deceptorix, necessariæ & continuo Honoratæ artis. Non cuiuslibet determinato mēbro vnguenta propria & appropriata inuenerint, si cuti capiti, pro curandis solutis cōtinitatibus in eo contingentibus inuenere, pro quo vnguētum ex quampluribus proprietatibus constitutum omni studio composuere, videlicet aromaticitate, exiccatione, caliditate, et attractione: Aromaticitate, vt fiat ipsius membri dilatatione animæ & spiritus confortatio, exiccatione vero superfluitatum cōsumptio, cōplexionis naturalis membri conseruatio. Omne. n. simile a suo simili conseruatur, caliditate innati caloris mēbrī naturaliter debilis vigoratio, cōseruatio, & multiplicatio, attractione aut superfluitatum extranearū in profundo solutæ cōtinitatis existen-

tium, ad exteriora euulsio. Ecce q̄ posteriores
 medici hac tēpestate nostra elaborauere in inue
 stigatōe præfati vnguenti, pro conseruatione
 complexionis, & vigoratione caloris naturalis
 istius mēbri, præsupponentes ea, maxime forte
 basi & fundamentū fere requisitæ curationis.
 Quod vnguentum administrandum erit, dum
 sanguis ex ipsa soluta continuitate penitus fue
 rit restrictus, quia sua secunda die computata
 ab hora percussionis emplastratis ex eo lichte
 nijs seu faldellis, & magna vna petia occupate
 de parte sana per spatium quatuor digitorū se
 cundum omnem differentiam positionis. Que
 lichinia, faldellæ, & petiæ emplastratæ in oleo
 rosato infundantur, & aliquantulum exprimantur,
 & loco actu calida taliter præparata applicen
 tur, donec appareat in loco soluto, aliquantulum di
 gestio, & doloris penitus remissio. Et tūc oleo
 postposito eo solo vnguento continuetur, do
 nec & vsq; quo ab accidentibus malis tutus fu
 eris, & caro iam cuti quasi adæquata fuerit, &
 ad alia medicamenta, eiusdem tamē rationis de
 ueniendum erit. His duabus rationibus moti,
 prima cum natura tali permutatione gaudeat.
 Secunda vt videaris non vno semper medica
 mento procedere, sed diuersis, ex quibus infir
 mi & astantiū spes salutis corroboratur, & tūc
 ad ce

DE VNGVENTIS. MA

ad cerota transeundum, quæ vnguētis præfian-
 tiora erunt in cura. Stante carne iam quasi adæ-
 quata cuti, & hoc cū non oleaginositate & vni-
 etuositate participant, quibus sit aliqualis refra-
 ctio aromaticitatis, & exiccationis vnguento-
 rum, descriptio eius talis est. Re. terebinthinæ,
 resinæ pini, olei cōmunis siue rosati, ceræ nouæ
 añ. ʒ. vj. bethonicæ matrissilux añ libram me-
 diam, hoc est. ʒ. vj. vini albi potentis & odorife-
 ri ad aliqualem dulcedinem tendentis. q. s. pro
 sepultura herbarum, bethonicam & matrissilux
 minutim incidito, deinde ea in mortario aliqua-
 liter contundito, & sic præparata in vino albo
 odorifero infundito, quæ duo stent in tali infu-
 sione per dies tres naturales & forte plures mi-
 scendo prædictas herbas & vinum omni die
 bis siue ter. Postea prædictam vinum cum
 prædictis herbis sumito, & in caldario siue ca-
 zia magna & similiter terebinthinam oleum re-
 sinam & ceram imponito, & tam diu ad len-
 tum ignem simul bulliant permiscendo ea ba-
 culo ne fundo cazia adhæreant donec vini fi-
 at consumptio postmodum per setarium siue
 petiam raræ substantiæ colentur & exprimantur
 in catino vitreato, & in eo infrigidari per-
 mittantur. Infrigidatis iterum ponantur in vna
 cazia ad ignem & dissoluantur, quibus etiam

ANG. BOLOGNINVS

dissolutis addantur sarcocollæ, myrrhæ añ par-
tem vnā gummi, elenij partes. iij. Ita quod vni
libræ vnguenti correfpondeant iftorum trium
puluerizatorum vnc. ij. & aliquoaliter bulliant.
Et iterum colentur, & vnguentum ex his iam
diētis fimplicibus & modis conftitutum vfu
feruetur. Forma vna ceroti capitalis præ alijs
nobilior conftituatur ex modis & fimplicibus
iam diētis adinuicem proportionatis præter
oleo, quibus vnguentum capitale præfcriptum
conftituitur. Quo conftituto manibus oleo in-
unctis malaxetur & vfu feruetur. Alia forma
ceroti capitalis. Re. refinæ pini, ceræ añ vnc. vi.
terebinthinæ. ʒ. xij. fucci bethonicæ, plantagio-
nis, apij, añ. lib. j. bulliant fucci ad inuicem cum
cera refina in cazola ad ignem lentum & quali
fuccis conſumptis & exiccatis detur terebinthi-
na, qua diſſoluta & aliquoaliter per ebullitionē
cum illis incorporata colentur, & vfu cerotum
confectum refeructur. Et hæc de vnguentis &
cerotarijs quæ vni determinato membro ſunt
propria ſiue appropriata.

Cap. VII. In quo tractatur de unguentis
mercurialibus.

Post.

DE VNGVENTIS.

Positis nonnullis vnguentis & cerotis que membris appropriantur. Hoc autem in loco tractandum erit de vnguentis & cerotis quæ vlceribus appropriata sunt. Et maxime cuidam ægitudini vlcerosæ mali modici cui applicatis vnguētis, quæ alijs vlceribus applicari solent, potius compertum est nocumentum quàm iuamentum: Cuius tam absurda diuersitatis dubius, & multo tempore in eius consideratione anxius commorans. Tandem experimento ratione comprobato visum est per me & alios quàm plures, iam dictæ ægitudinis curam fieri applicatione medicaminum corpus a suppuratibus indefinenter mundantium (Neglectis iam dictis localibus & alijs) Qua de re non erit erroneum dicere & sine hesitatione credere hanc ægitudinem a materia antecedente & forti & continue eam fouente dependere. Cuius cura, vt habitum est, erit euacuatio illi debita & proportionata, quæ vero ea sit in his & alijs in hac parte incidentaliter dicendis considera. Et primo quod euacuationum per medicos seniores & iuniores adinuentarum. Aliæ fiunt assumptione, solutiui assumpti per os in forma pilulari, confectionis, electuarij, pulueris, vel sub alia forma. Nonnullæ linitione iliorum & ventris inferioris cum vnguento arthanite vel laxatiuo

tiuo. Certe linitione extremitatum. Quæ vero
 fiunt assumptione solutiui assumpti per os. Et
 similiter linitione ventris. Quæ p̄ os de quibus
 sermocinādum est educunt solummodo humo-
 rem ad quē conuertūtur. Pro eo tēpore quo fit
 retenta & digesta medicina solutiua in corpo-
 re: Cuius digestionis terminus communiter est
 circa horas octo. In quo tempore interdum edu-
 cuntur omnes humores fere peccantes, (licet ra-
 ro) Interdum eorum pars, educendo eos per se-
 cessum & nō regione alia. Quæ euacuatio mea-
 sententia in vno videtur diminuta, in alio erro-
 nea. Diminuta, quia non educit continue & suc-
 cessiue supfluitates donec corpus redditur mun-
 dum. Posito enim interuallo (vt res exigit) inter
 assumptionem vnius medicinæ solutiuæ & aliã
 In tempore autem intermedio fiet reaggrega-
 tio. (Dico in hac magna causa,) tantæ humiditatis
 in corpore, quantæ facta fuit euacuatio p̄
 priorem medicinam, & forte plus. Præterea nō
 educit pluralitate regionum, sed tantum vnica.
 Pluribus enim humoribus peccantibus variæ
 substantiæ & decentis in loco longinquo, et for-
 te rebeli a via secessus, non fiet eorum debita
 & appropriata euacuatio: Vnica regione, quia
 per secessum. Erronea quoniam non inuenien-
 do humorem ad quem conuertitur, & in quem
 est pro

DE VNGVENTIS.

est proprium agere, educit humiditates radicales, & illas eliquat & dissoluit. Et sic est causa magni terroris & multarū ægritudinū, senij & mortis tēpestiue, & in actu euacuandi sæpe accidit quod mouet humores & illos non euacuat. Et si euacuat laboriose euacuat, aut euacuat plus q̄ oportet. Et facta euacuatione accidit interdum, febris, dolor capitis, vertigo, debilitatio visus, debilitatio stomachi, sitis, singultus, dolor stomachi, dysenteria, egestio sanguinea, tinesmos, laxitudo, & debilitatio corporis.

De quorum accidentium superuentu nullus admiretur. Cum medicina, qua fit tatis euacuationis modus, malignitate & venenositate participet (quia forte aliter non educeret.) Ni igitur mirum si transeundo per os & membra nobilia, præfata accidentia subsequantur. Quæ autem sunt linitione extremitatum educunt superfluitates peccantes tantummodo & ægritudinem fouentes siue sint, a, siue, b, educendo eas continue & successiue die noctuque donec corpus redditur mundum vnica regione siue pluribus quibus habilius & commodius tales superfluitates euacuari possunt. Et quamuis hi prænominati effectus & operationes ex tali modo euacuandi consequentes: vere dignæ sint non minima admiratione.

Eapro

ANG. BOLOGNINVS

Eapropter vt admirantium animus sedeat, erit
 innotescendum hos effectus & operationes nō
 fieri vi medicinæ educentis illum humorē pec-
 cantem. Sed vi virtutis expulsiuæ membrorum
 principalium expergestæ & irritatæ a quali-
 tate linimenti ad expellendum nocitua super-
 flua. Ac si irascens incitaretur vt furiat. Opus
 enim nature præ alijs rationabilibus validius,
 & incolumius. Item innotescendum secundo,
 quod non raro accidit virtute exiccatiua lini-
 menti, quo fit prænominatus euacuandi modus,
 consolidatio vlcera iam dictorum fieri, absq̃
 vllō signo sensibili euacuationis. (Et nō ab re.)
 Exiccatis enim extremis partibus exiccatur to-
 tum corpus. Sicuti in frigidatis extremis parti-
 bus omnes totius corporis partes in frigidantur.
 Accidentibus vero timorosis ex hac linitione
 siue euacuatione apparentibus illis succurren-
 dum erit de facili. Et hoc per remotionem cau-
 sę extrinsecus applicatæ: Quod non fieri con-
 tingit in euacuatione facta vi medicinæ assum-
 ptæ per os. Et si quis mordaci dente de vlcere
 bus in ore euenientibus ex linitione præfata ta-
 lem modum euacuandi accusauerit. Taceat:
 Maiorum suorum documentis, dicentiū in cura
 ra scabiei antiquæ & vlcerosæ dysenteriam pro-
 uocari. Similiter in cura serophularum, intesti-
 norum

DE VNGVENTIS

norum excoriatione apostema scrophulosum
 curari. In passionibus oculorum posteriorē par-
 tem colli ignitam acu & setone perforari. In ma-
 gnis caussis quia in lepra venena intrinsecus
 exhiberi (quod maius est.) Quam miræ & ex-
 cellentis virtutis existat in præfata ægritudine
 euacuationis modus linitione extremitatū ad-
 ministratus, vere. Non mihi si linguæ centum
 sint oraq; centum, ferrea vox sufficienter enar-
 rare possem. Sed pro posse nostro debili hæc
 pauca de eius virtute & operatione satis dicta
 sint. (Hoc vno non omisso.) Quod tuum erit
 ex præfatis euacuandi modis vnum in hac du-
 ra & sæua & vltima ægritudine, quod magis cō-
 cedens videatur eligere & illum in infirmorū
 languentium subsidium afferre. Deueniens mo-
 do ad linitionis modum. Dicatur, quod primo
 præparentur loca in quibus fieri habeat talis il-
 linitio tali præparatione, quod fiat habilior vir-
 tutis linimenti impressio, & consequenter effe-
 ctus exoptatus facilius, videlicet fomentando
 manus & pedes. Manus a cubitis & supra cu-
 bitos per quatuor digitos vsq; ad palmam ma-
 nus: Pedes a genibus & supra genua per qua-
 tuor digitos vsq; ad plantam pedis decoctione
 hac videlicet. Re. calamenti, origani, menthæ,
 ruthæ, marubij, foliorum lauri, scabiosæ, lappati
 acuti

ANGELVS BOLOGNINVS

acuti, feniculi añ. m. j. bulliant hæc in sufficienti
 quãtitate aquæ vsq; ad cõsumptionẽ tertie par-
 tis, & stultentur membra prædicta omni sero
 circa casum horæ melancholiæ vergentem verò
 sus horam phlegmatis. Quũ in tali cõgritudine
 multum prædominetur phlegma humeri melan-
 cholico admixtum. Quod persuaderi potest ex
 dolore & angustia infestantibus & se mouenti-
 bus hora motus humorũ peccantium. Nam pa-
 tientes talem dispositionem cõgritudinẽ. Incipi-
 unt molestari a doloribus & angustijs circa ca-
 sum horæ melancholiæ continuando per totam
 horã phlegmatis, quia incipiunt molestari a vi-
 gesima siue vigesima secunda hora perdurãdo
 p totã noctẽ que sunt horæ prædictorũ humorũ
 His locis præparatis ad suscipiendas virtutes
 linimenti. Subsequenter ea pannis lineis calidis
 abstergantur. Et dei nutu inungat infirmus per
 semetipsum loca fomentata eo in loco calido
 sedente vt puta inter duos ignes vnguento in
 extremitatib; digitorũ tepefacto. De quo infra
 Inunctis his partibus fascientur loca illa cũ fas-
 cia calida. Supraposita prius stuppa canabina,
 continueturq; talis fasciatio donec continuatur
 talis inunctio. Et continuetur talis inunctio
 vsq; ad diem quartam siue quintam. Inclusive et
 forte plus. Donec dentes dolere inceperint, siue
 phleg;

27 DE VNGVENTIS

phlegmata per gingiuas notabiliter dissolui siue
 ue superfluitates peccantes alia regione sensibili-
 liter seu insensibiliter euacuari. Et tunc a tali
 linitione desistendum erit. His autem apparen-
 tibus abstergantur & mudentur loca inuncta
 a tali linimento cum panno lineo rudi & nouo
 cauendo infirmum summopere a principio lini-
 tionis vsq; ad finem curæ a frigore. Ita quod
 non egrediatur domum donec cessabit fluxus
 phlegmatis & aliarum superfluitatū euacuatio.
 Et ne prenominatus euacuandi modus in ali-
 quibus casibus videatur fallax & mendosus e-
 rit attendendum. Quod forti ægritudine appa-
 rente, & medicamini tuo resistente, virtute exi-
 stente robusta satis, non est absurdum totū cor-
 pus stuffari & linitionem nostram vsq; ad hu-
 meros, & ilia forte & dorsum terminari. Subse-
 quenter infirmum pannis calidis inuolutum in
 molli lecto collocari, & cum sacculis calefacti
 ordeï circumdari. Et econtra virtute debili exi-
 stente & ægritudine infestante, ab his iā dictis
 euacuandi modis erit desistendum, & a leuiori-
 bus pro eius cura procedendum. Seu localibus
 appropriatis de quibus infra, palliandum. Qua-
 re inæqualiter librando fortitudinē virtutis, &
 ægritudinis, & liniēdi modum inter se. Interdū
 tui honore, linimēti venerationis cōseruatione
 infirmū

ANGELVS BOLOGNINVS

Infirmi vtilitate, non erit inuile. Et si quærat
 quenam post talem inunctionem dieta compe
 tat vtrum subtilis & tenuis, an grossa? Respon
 deo mea sententia (vt supra dictum est) Cum
 effectus & operationes ex linitione ista conse
 quentes non fiant vi medicinæ educentis illum
 humorem peccantem. Sed vi virtutis expulsiuæ
 membrorum expergestæ & irritatæ ad expel
 lendum nocitiua a qualitate talis linitionis.
 Ideo omni posse oportet naturam totius con
 fortare & conseruare, vt confortata & vigorat
 ta fiat potentior in expellendo nocitiua super
 sua. Et cum a re nulla præstantius & velocius
 virtus confortetur q̄ a bono & laudabili cibo
 & potu. Quare in casu erit eger cibandus ciba
 rijs generatiuis boni laudabilis & non putre
 scibilis chymi, vti carne gallinarum, caponum,
 pullarum iuuenum, hædi lactantis, castrati iu
 uenis, perdicum, fasianorum, auicularum cum
 rostro subtili, ouis gallinarum coctis, præterquã
 elixis & frixis. Item potus eius sit vinum sua
 uius quod haberi potest sine admixtione aque.
 Tale autem vinum est nature amicissimum, &
 maxime vinum album subtile aromaticum &
 ad bibendum suaue, & est de eo de quo sangui
 nis & spiritus quasi nullo medio generatur. Ad
 plenioram doctrinam, euacuationis linitione
 extre

DE VNGVENTIS. MA

extremitatum succedentis, cum incidentaliter
 in superioribus tactum sit, de eius accidentib⁹
 vnicuiq³ intellectu pauorem inferentibus, &
 similiter de eorum cura per remotionem causę
 extrinsecus applicatę, erunt hęc consideranda
 videlicet quę & quot sint talia accidentia, de
 inde cum quibus & qualibus ea curanda sunt.
 Accidentia connumerantur hęc, videlicet den-
 tium & gingiuarum dolor, gutturis asperitas
 & inflammatio, phlegmatis ex gingiuis super-
 flua euacuatio. Fluxus phlegmatis ex gingiuis
 ante tempus restrictio, phlegmatis non in suo
 tempore a gingiuis expulsiō, Masticationis ci-
 bi difficultas, Virtutis debilitatio. Ventris con-
 stipatio. Coloris faciei mortificatio. Primum
 itaq³ accidens curetur cum succo absinthij &
 albo oui simul mixtis: ex quibus partes inun-
 gantur: Cureturq³ ex lacte ouillo tepi-
 do ipsum os colluendo: Secundum accidens cū
 melle rosato, melle simplici, aqua ordeī, aqua la-
 ctis. Tertium accidens castigetur cum boloar.
 dissoluto cum succo lanceolę, & ex isto com-
 posito colluatur os, & eo inungantur loca in-
 uncta prius, siue teneat in ore frigidam aquam
 seu succum solatri & sic fiet restrictio fluxus.
 Quartum accidens cū masticatione flaphidis
Cc agrię

ANG. BOLOGNINVS

agria, siue taspia, hoc est piperinae. Quintū vero
 accidens corrigatur cum fomentatione pato-
 tium quae prius fuerunt inunctae ex rore maris
 no, salvia bullitis in aqua. Sextum accidens cū
 dieta sorbilli ex bono brodio, contuso, stillato.
 Quibus si admisceantur cordialia non erit inu-
 tile. Septimū accidens destruat̄ cū saccharo
 ro. Buglossa ro, boraginato, Cibis bonis & cor-
 dialibus, epithimatibus cordialibus, electuariis
 cordialibus, & potibus cordialibus. Octauum
 vero accidens cū clisteri cōmuni, seu ex brodio
 pulli cū saccharo & vitellis ouorum & sale. Et
 vtatur saccharo violato dū adest ventris cōsti-
 patio cū virtutis debilitate. Nonū accidens ani-
 hiletur cū gummi arabica axungia vrsi, oleo ro-
 lato an. & misce, totum cum paucō balsami, &
 inungantur manus, facies, & tempora, & tunc
 reddetur color naturalis & pulcher: Et haec bre-
 uiter de cura accidentiū dicta sint. Interroganti
 vero causam. Vnde est q̄ ex praefato liniendi
 modo fit secundum plurimū, superfuitatū eua-
 cuatio per sputum, licet interdum per secessum,
 sudorem, & vrinae fluxum? Dicatur quod exi-
 stente nō raro materia huius ægritudinis a praē-
 dominio phlegmatis. Natura sagax regionem
 euacuationi phlegmatis, & maxime a capite
 descen

DE VINGVENTIS.

descendentis, & similiter humoris cursu phlegmatis expulsi si quis fuerit, hanc non rebellem videlicet per sputum immo sibi solitam & familiarem experta est: siue dicatur linitione prædictam sui proprietate occulta dentibus & ginguis nocere, & ea debilitare. Qua parte debilitata fit in ea aggregatio superfluitatū ægritudinem apostemolam constituentium, partim per viam defluxus, partim per viam congestionis. Cuius ægritudinis apostemolæ materia coniuncta in aliquibus calore naturali calori extraneo prædominante suppuratur. In nonnullis calore extraneo calori proprio prædominante corrumpitur. Et sic quicquid ab ea corruptione tangitur, similiter corrumpitur. Quare facta in eo locosolutione continui, & porta ex exitura siue putrefactione, debilitate adhuc procedente (vires exigite) fit inde per sputum ratione hac superfluitatum expulsio, & sic earum euacuatio. Miror etenim in casu si ita est ex hac solutione vlcerososa phlegma non alteratum euacuari, Assigbenda erit ea linimenti ex intentione nostra consolati descriptio. Quo inunctis extremitatibus est omnium membrorum principalium corroboratiuum, membrorumq; illis deseruentium confortatiuum, necnon membrorum quibus

ANG. BOLOGNINVS

applicatur vigoratiuum, spiritus & animæ dilata-
 tatiuū, cunctarum virtutum sed expulsiua ma-
 xime omnium membrorum ad expellendū no-
 citiua incitatiuum, superfluitatum peccantiū
 continue & successiue die noctuq, donec cor-
 pus redditur mundum, vnica regione siue plu-
 ribus educitiuum. Re. Laridi pulchri non rari-
 cidi, gladio minutim rascati. ℥. viij. gariof. bene
 zeim añ. ℥. ij. cinamomi nucis muscatę storacis
 calamenti añ. ℥. j. ꝑ. corticum citri, croci añ. ℥. ij.
 corticum paradyfi drach. iij. euforbij scrup. iij.
 aquæ ros. vnc. vj. ceræ albæ minutim incisæ, sed
 tempore æstatis. ℥. 5. lauetur lardo in aqua sca-
 biosæ duabus vicibus continue abijciendo aqua
 deinde lauetur tribus vicibus cum aqua ro. opa-
 tima, eodem modo quo lotus fuit in aqua sca-
 biosæ, continue illam aquam abijciendo, postea
 gariofili & alia superscripta bene puluerisata
 cum lardone in aqua ro. Infundantur per diem
 naturalem, postremo in vase duplici buliant vt
 puta per balneum marie, obturato bene orificio
 vasis vsq, ad consumptionem aquæ ro. per hor-
 ram, vltimo per petiam lini subtilis colentur &
 infrigidari permittantur, Deinde adde sibi de
 mercurio terrestri quantum infra describitur, in
 mortario, linco ducto adeo vt minima pars

mercu

DE VNGVENTIS. A

mercurij tangat minimam partem suprascripti
 vnguenti. Præparetur mercurius hoc modo.
 Re. mercurij terrestris vnc. iij. mercurij subli-
 mati drach. ij. succi citrangularum vnc. ʒ. fellis
 tauri, saliuæ hominis ieiuni q. s. subtilietur ali-
 qualiter mercurius cum sputo, deinde ponatur
 mercurius sublimatus in mortario, diligentissi-
 meq̄ coneratur, addendo de succo citrangulari
 & alijs suprascriptis. Re. laridi ex intentione
 nostra præparati vnc. vj. Mercurij terrestris in
 naturam cœlicolæ conuersi. vnc. iij. misce & fi-
 at vnguentum in mortario lapideo siue ligneo,
 per diem integram conerendo, ita quod mini-
 ma pars vnus simplicis contingat minimam
 partem alterius. Forma vna vnguenti mercuri-
 alis substantiæ tenentis medium inter molle &
 durum, quod per mecerotum mercuriale deno-
 minatur, cuius officium & operatio, erit mem-
 brum cui applicatur per maxime vigorare, &
 cunctas virtutes principaliter membri læsi, &
 secundario membrorum quibus tale membrū
 alligatur irritare digestiuam & expulsiuā præ-
 ceteris. Quod vnguentum administrandum
 erit, hora prima qua ad infirmum perueneris.
 Extensum super petia vna capacitatis magnæ,
 ita quod comprehendat notabiliter de parte sa-

ANGL. BOLOGNINVS

na membri vlcerati ipsum vlcus ambiente. Repleto vlcere prius lichinijs, faldellis emplastratis vngueto de quo infra. Quod continuandum erit, donec locus penitus consolidatus fuerit. Cuius descriptio talis est. Re. linimenti supra scripti. ℥. iij. mercurij coelicolæ. ℥. ij. cera. ℥. ij. s. terebinthina. ℥. s. Alteratur linimentum supra scriptum cum mercurio coelicola in mortario ligneo cū pistillo suo, eodem modo quo supra. Deinde dissolutis insimul cera & terebinthina in cazola ad ignem lentum, & ab igne depositis, & quass infrigidatis, detur linimentum mercurio supra scripto admixtum, illius in fundendo partem post partem. Forma vna vnguenti mercurialis quo lichinia & faldellæ emplastrantur. Cuius officium & operatio erit vlcus a suis proprijs superfuitatibus emundare & subsequenter non primaria sui intentione, sed secundaria carnem generare. Re. laridi ex intentione nostra primaria preparati. ℥. vj. mercurij terrestris. ℥. iij. aluminis rochini vsti drach. vj. corticum thuris puluerisati drach. iij. misce. Sint ista connumeranda satis de vnguentis & cerotis quæ vlcibus appropriata sunt. Et licet quæplura dicta incidentaliter tamen in de vnguentis mercurialibus visa sunt. Vere id nõ absq ratione factum
arbi

DE VNGVENTIS. A

arbitrandum est. Cum nonnulli ad pauca respicientes asserant curationē veram & ratione cōprobatam iam dictorum malignorū vlcerū vnguentis mercurialibus minime fieri posse. Nec ea vnguenta in humano corpore canonicē administrari debere. Qua de re vt præfata & alia clarius elucidentur.

Quærendum erit & primo, vtrum vnguēta mercurialia pro curāda dispositione iam dicta & alijs in humano corpore administrari habeant? Pro quo dicendum, q̄ sic, cum Galenus, Avicenna, Mesue, cæterisq; talibus vsi fuerint, indiesq; cōmunis medicorū cœtus vtatur etiā, & hoc in unctis pulvisibus pro curanda scabie. Et si dicatur, q̄ in compositione vnguentorū pro curanda scabie, Mercurius non ingreditur, neq; administratur in tāta dosi, quēadmodū administratur in vnguētis p̄ curādis vlceribus præfatis, in quibus dosi mercurij satis adauēta est. Dicendū q̄ sicut nō est p̄portio æqualis inter scabiē & hęc egritudinē vlcerosam eū hęc egritudo sit sæua, & vltima, & mali modi: sic nō debet esse æqualis p̄portio mercurij in vnguento quod administratur ad scabiē, & in vnguento quod administratur ad iam dictam ægritudinē vltima quidē seu fortis ægritudo, fortibus seu vltimis indiget adiutorijs pro sui cura.

ANG. BOLOGNINVS

Quærat^{ur} secundo, vnde est qđ vnguenta mercurialia curant scabiē, & præhabitam ægritudinem, inunctis pullibus tantummodo? Dicendum qđ curant scabiem & præhabitā ægritudinem, euacuando materiā antecedentē eorum sicuti dicitur a maioribus nostris de vnguento experto ad scabiem, ipsius Mesue.

Quærat^{ur} tertio, ppter quid est, & vnde hoc accidat ex talibus vnguētis talis euacuatio fieri eo modo quo dicitur? Dicendū, qđ irritando sua qualitate expulsiuā morborū principalū, fit talis euacuatio. Inungūtur. n. partes valde, & summe principalibus allegatę neruis, arterijs, & venis magnis mediantibus. Sicuti dicitur de vnguento arthanite Mesue qđ expulsiuam intestinorum stimulando & irritando euacuat.

Quærat^{ur} quarto, vtrū linimento iā dicto quęcunq; ægritudo de repletionē curari posset? Quum per nos tot. & tanta de eius virtute & operatione dicta sint. Dicendū quod sic, dummodo virtus sit fortis, & ægritudo non acuta, nec cum malis accidentibus in aliquo tempore sui proximi complicata. Et hoc ideo cum de facili infirmus in tempore infestationis accidētium

DE VNGVENTIS.

tium, & in principio paroxysmorum deficere
 posset. Natura a tot & tantis infestata. (Nonne
 vnusquisque magis se vno inimico notabiliter
 ledente potest se defendere q̄ a pluribus?)

Quæraturo quinto, vtrum membra principa-
 lia ex tali linitione ledantur? Dicendum q̄ non
 læduntur læsione qua non corrigi ac rectificari
 possit, quum caussa possit abscindi & remoueri,
 quia se tenens ab extrinseco. Nec non quum
 possint applicari per intus & extra principalia
 membra vigorantia & confortantia. Et adhuc
 natura a superfluitatibus exonerata non deficit
 postea in necessarijs, quia maxime in vigoratio-
 ne principalium. Et sicuti dictum est remisse læ-
 duntur. Quum mercurij qualitas satis sit refrac-
 ta & consolata. Si quis diligentissime composi-
 tionem nostram inspexerit. Vti dicitur de sca-
 monia in eleætuario succi ro, coloquintida, hel-
 leboro, agarico, turbit in alijs.

Quæraturo sexto, vtrum tale medicamen ve-
 nerositate participet? Dicendum quod sic, refrac-
 ta tamen.

Quæraturo septimo, vnde est quod a talibus
 vlcerationibus absoluti, post aliquod tempus,
 vt puta per annum, de nouo in vlcerationes in-
 currunt

ANG. BOLOGNINVS

currunt? Dicendum quod non observato debito regimine, in sex rebus non naturalibus, multiplicatisq; superfluitatibus, & superueniente iterum causa ab extrinseco, tales iterum in ulcerationes incurrunt, sicuti accidit in alijs ægritudinibus particularibus, vt pleurisi. Et vniuersalibus, vt febre. Cognitum. n. est experimento talem morbum esse contagiosum.

Quærat^{ur} octauo, vnde est quod in aliquibus casibus curatio redditur mendosa? nam illa vlcera videntur quasi exiccare & in breui tempore rescindi. Dicendum quod contingit ex ijs vti-
delicet quod non facta fuerit euacuatio cõpleta & sufficiens, sed in completa & diminuta, quia diminuta facta fuit illinitio, seu quod forte infirmus exposuit se frigido aeri in tẽpore euacuationis, vnde materiz antecedentes obturatis porrositatibus & constipatis, non potuerunt exalare & expirari, quare delegate ad locum debilem fuerun causa recidiuæ.

Quæritur nono, vtrum inueniantur alia medicina similem qualitatem habentia, ita quod ex eorum approximatione ad mēbra, inducant talẽ euacuationem? Dicendum q̄ sic, non tamen a natura præfati medicaminis denudata valde, vt
suffu

DE VNGVENTIS.

suffumigia quædã administratio vsitata culpa-
ri poterit, & caussam considera. Pertransit liqui-
dem subtiliata substantia ingredientiu suffumi-
gi cõpositionẽ, immediate super principalia &
eius deseruientia.

Quærat decimo, utrũ vnguentis mercuri
alibus eo modo quo dicitur vtendum sit: cõsti-
tutũ. n. est q̃ nullo modo talia vnguenta super
principalibus applicanda sint, & cum irritando
naturã mēbrorũ principalium, irritatio talis nõ
possit fieri, nisi virtus ipsius cadat super princi-
palia, igitur non eis eo modo vtendum est. Dicẽ
dũ q̃ si cadunt super mēbra principalia, remisse
tamen cadunt extremis partibus inunctis, & sic
virtus eorum ad principalia remisse accedit.

Quærat undecimo, utrũ sit euacuandũ repen-
te & multum quemadmodum faciunt vnguen-
ta mercurialia, vt q̃ plures verbo vno asseruerẽt.
Talis. n. euacuatio fallax est & naturę inimica.
Paulatina vero certa & vera. Dicendũ q̃ talis
euacuatio nõ est repentina, quare non est fallax
nec naturę inimica. Fit. n. talis euacuatio actio-
ne naturę potentiã in materiã habẽtis vt suppo-
nitur, & nõ medicinæ. Si nãq̃ fieret actione me-
dicinæ, tunc repentina & multa euacuatio esset
fallax & naturę inimica.

Quæra

ANG. BOLOGNINVS

Quæratu^r duodecimo, vtrum huius ægritu-
 dints vlcerosæ, & maxime cum dolore, vigilia
 complicata, negligenda seu differenda sit cura
 tio? Dicendum quod non. Nam dolore in fe-
 stante, vigiliæq; & ægritudine (vt compertum
 est) contagiosa existente, indies totum corpus
 corrupta, maligna, seu venenosa, & ad euacua-
 tionem inobediens superflua materia inficitur,
 humores exacuuntur, innaturalis siccitas adduci-
 tur: Et sic totum corpus dissolutum & consum-
 ptum redditur. Hæc & quantula & qualiacumq;
 sint, pro virili nostri ingenioli, vt nostrorum
 desiderio scholasticorum satisfacere mus,
 ædidimus, quibus si hæc haud ingrata
 fore cognouerimus, licet credimus
 pro iunioribus vtilia, nos ad
 maiora cœlis fauentibus
 accingemur.

Vale medicorum decus

ac mi optime

fautor.

Edi N I S.

Libellus de Ulceribus continet

duos tractatus.

Tractatus primus est theorica pars, quatuor
habens capitula.

Cap. I. est prologus, in quo proponitur intentio li-
bri, & diuisio eius.

Cap. II. docet inuestigare quæ, & quot sint impedis-
sionem consolidationem ulcerum.

Cap. III. ostendit, quonam modo præfata consolida-
tionem impediunt.

Cap. IIII. est de signis eorum, quæ consolidationem
impediunt.

Tractatus secundus, est pars practica curationis ul-
cerum exteriorum. XVII. habens capitula.

Cap. primum, de regulis & modis generalibus cura-
tionis ulcerum.

Cap. II. De cura formæ ulcerum fistularis.

Cap. III. De cura saniei subtilis.

Cap. IIII. De cura saniei grossæ & uiscosæ

Cap. V. De cura qualitatis saniei acutæ, & corro-
dentis tam per se quàm per accidens.

Cap. VI. De cura sanguinis peccantis.

Ca. VII. De cura malæ cõplexionis partis ulceratæ


Cap. VIII. De cura doloris.

Cap. IX. De cura superflui fluxus sanguinis.


- Cap. X. De cura apostematis
 Cap. XI. De cura ostracatae carnis seu callosae
 Cap. XII. De cura carnis mollis.
 Cap. XIII. De cura carnis superfluae & supradictae
 Cap. XIII. De cura serpiginis siue pruriginis.
 Cap. XV. De cura corrosionis.
 Cap. XVI. De cura putrefactionis.
 Cap. XVII. De cura corruptionis ossium

Libellus de unguentis continet
 septem capitula.


- Cap. I. est prologus in quo ponitur intentio libri.
 Cap. II. continet quot & quae sint unguenta, quae
 sunt in communi practificantium usu in uni-
 uersali & sub quadam summa.
 Cap. III. In quo continetur de unguentis defensiuis
 Cap. IIII. In quo tractatur de unguentis digestiuis
 Ca. V. In quo tractatur de unguentis mundificatiuis.
 Cap. VI. In quo tractatur de unguentis capitulibus.
 Cap. VII. In quo tractatur de unguentis mero-
 curialibus.



OCN 66826180



chura 34 lignura 4 alb



[Faint, illegible text impressions on the book cover, possibly bleed-through from the reverse side or a ghostly title. The text is too faded to transcribe accurately.]